similes. qui uia fugien tes sed se tuentes exreſſerant

caſtra ditia

quoz i q̄to.

venit hinc multus rursus et yuor s iuuiros in hunc huiusmodi eos in ter sine hat.

in pa. i. quod ve in pau r̄ſimuz


in pa. i. r̄ſi

cum fugerit

i. time bant ne ap̄ma q̄ ferant ſibi auxilia obſtaret ſibi.

debet r̄ſi r̄ſi r̄ſi r̄ſi

ſimul ta p̄cor agnum a pauis fugiu d̄ſer parre alexan d̄ſi in par̄ſi darii



i. a quibus. f. feminis de
traherent ornamenta
violentiis. quoniam
chariora sunt illis. uel
quibus detrahebant orna
menta tanto violentius
quanto chariora sunt illis
et hic est uerus sensus.

violentiis detrahebant: nec corporibus quidem uis ac libido parcebat. Omnia plactu
tumultuque prout cuique fortuna erat: castra repleuerat: nec ulla facies mali deerat: cum
per oes ordines aetatesque uictoris crudelitas ac licentia uagaretur. Tunc uero impotes for
tunae species conspici potuit: cum ii: qui tum Dario tabernaculum exornauerat omni luxu
& opulencia instructum: eadem illa Alexandro quasi ueteri domino reseruabant. Nam id so
lum intactum omiserant milites: ita tradito more: ut uictorem uicti regis tabernaculo ex

Mater &
coniunx
darii ca
ptiua

ciperet. Sed oium oculos animosque in semet conuerterat captiuae mater coniunxque darii.
Illa non maiestate solum: sed et aetate uenerabilis: haec formae pulchritudine: nec illa
quidem sorte corrupta: acceperat in sinum filium nondum sextum aetatis annum egressum: in
spem tantae fortunae: quam pauloante pater eius amiserat: genitum. At in gremio apud
auiam iacebant adultae uirgines duae: non luo tantum: sed illius meroere et confecta. Ingens
circa eam nobilium foeminarum turba constiterat: laceratis crinibus: abscisaeque ueste: pri
stini decoris imemores: reginas dominasque ueteres quondam: tunc alienis nominibus
inuocantes. Illae suae calamitatis oblatae in utro corno Darius stetit: quae fortuna di
scriminis fuisset requirebant. Negabant se captas: si uiueret rex. Sed illum equos subin
de mutantem longius fuga abstulerat. In acie autem caesa sunt persarum peditum cen
tum milia: decem uero milia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quattuor & quingenti
laucii tuere: triginta omnino & duo ex peditibus desiderati sunt. Equitum centum
quingenta interfecti. Tantulo impendio ingens uictoria stetit. Rex: qui diu Da
rium persequendo fatigatus erat: posteaque & nox apparebat: & eum inlequendi spes
non erat: in castra pauloante a suis capta peruenit. Inuitari deinde amicos: quibus ma
xime assueuerat: iussit: quippe summa duntaxat cutis in foemore perstricta non prohibe
bat interesse conuiuio: tum repente e proximo tabernaculo lugubris clamor barba
ro ululatu plactuque permixtus epulantes conterruit. Cohors quoque quae excubabat
ad tabernaculum regis: uerita ne maioris motus principium esset: armare se coeperat. Cau
sa pauoris subiti fuit: quod mater uxorque Darii cum captiuis mulieribus nobilibus re
gem: quem interfectum esse credebant: ingenti gemitu eiulatuque deflebat. Unus namque
e captiuis spadonibus: qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat: amiculum: quod
Darius sicut pauloante dictum est: ne cultu proderetur: abiecerat: in manibus eius:
qui repertum ferebat: agnouit: ratusque interfecto detractum esse: falsum nuncium mor
tis eius attulerat. Hoc mulierum errore comperto Alexander fortunae Darii & pietati
earum lachrymas fertur. Ac prius Mithrenem: qui sarcas prodiderat: peritum persicae
linguae: ire ad consolandas eas iusserat. Veritus deinde ne proditor captiuae iram dolo
remque grauaret: Leonatum ex purpuratis suis misit: iussum indicare falso lamentari
eas: darium uiuum. Ille cum paucis armigeris in tabernaculum: in quo captiuae erant
peruenit: missumque a rege senunciare iubet. At ii: qui in uestibulo erant: ut armatos con
spexere: rati actum esse de dominis: in tabernaculum currunt: uociferantes ad eum su
premam horam: missosque qui occiderent captas. Itaque ut quae nec prohibere: nec ad
mittere auderent: nullo responso dato tacite opperiebantur uictoris arbitrium. Leo
natus expectato diu: qui se intromitteret: postea quam nemo prodire audebat: reli
ctis in uestibulo satellitibus: intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbauerat foeminas
quae irrupisse non admissus uidebatur. Itaque mater & coniunx pugnatim ad pedes orare
coeperunt: ut priusquam interficerentur: Darii corpus ipsius patrio more sepelire
permitteret: functas supremo in regem officio: se impigre morituras: Leonatus &

uic illa. f. coniunx
darii ad huc suam
omiserat pulchri
tudinem. quae
est corrupta for
te illa.

alic. uocabat n. illa foemi
nae turba reginas matres
coniunxque darii. cum bo
care potius captiuae debu
erat. ideo alienis nomi
bus.

Hostium
caesorum
numerus

Hostium caesorum numerus
genti laucii tuere: triginta omnino & duo ex peditibus desiderati sunt. Equitum centum
quingenta interfecti. Tantulo impendio ingens uictoria stetit. Rex: qui diu Da
rium persequendo fatigatus erat: posteaque & nox apparebat: & eum inlequendi spes
non erat: in castra pauloante a suis capta peruenit. Inuitari deinde amicos: quibus ma
xime assueuerat: iussit: quippe summa duntaxat cutis in foemore perstricta non prohibe
bat interesse conuiuio: tum repente e proximo tabernaculo lugubris clamor barba
ro ululatu plactuque permixtus epulantes conterruit. Cohors quoque quae excubabat
ad tabernaculum regis: uerita ne maioris motus principium esset: armare se coeperat. Cau
sa pauoris subiti fuit: quod mater uxorque Darii cum captiuis mulieribus nobilibus re
gem: quem interfectum esse credebant: ingenti gemitu eiulatuque deflebat. Unus namque
e captiuis spadonibus: qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat: amiculum: quod
Darius sicut pauloante dictum est: ne cultu proderetur: abiecerat: in manibus eius:
qui repertum ferebat: agnouit: ratusque interfecto detractum esse: falsum nuncium mor
tis eius attulerat. Hoc mulierum errore comperto Alexander fortunae Darii & pietati
earum lachrymas fertur. Ac prius Mithrenem: qui sarcas prodiderat: peritum persicae
linguae: ire ad consolandas eas iusserat. Veritus deinde ne proditor captiuae iram dolo
remque grauaret: Leonatum ex purpuratis suis misit: iussum indicare falso lamentari
eas: darium uiuum. Ille cum paucis armigeris in tabernaculum: in quo captiuae erant
peruenit: missumque a rege senunciare iubet. At ii: qui in uestibulo erant: ut armatos con
spexere: rati actum esse de dominis: in tabernaculum currunt: uociferantes ad eum su
premam horam: missosque qui occiderent captas. Itaque ut quae nec prohibere: nec ad
mittere auderent: nullo responso dato tacite opperiebantur uictoris arbitrium. Leo
natus expectato diu: qui se intromitteret: postea quam nemo prodire audebat: reli
ctis in uestibulo satellitibus: intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbauerat foeminas
quae irrupisse non admissus uidebatur. Itaque mater & coniunx pugnatim ad pedes orare
coeperunt: ut priusquam interficerentur: Darii corpus ipsius patrio more sepelire
permitteret: functas supremo in regem officio: se impigre morituras: Leonatus &

uic. uic. dicit rationes su
pra dicti quare mater
& coniunx darii defleuissent
regem crederent in uer
tum.

hic mithrenem
cum esset profectus
eas darii clemetia
tulit se ad partem alexan
dri cui tra diti dicit regi
onem cui preerat.

uesti. in prima parte ta
bernaculi.

res p. da
clari.
potis
verref
p. da
alex
dri.

f. for.

matris
darii

quae reginas
caes bo
rabant

darig
darii

milia
interfecti.

costitit
alexandri.

darii
an

ad custodiam posita

militis
exerci
tores
custo
diantes q
regis ta
bernaculi

darii. f. amiculum

alexandra

mithrenem

leonat.

dereginis

om. a quibusque

leonati

leonati

uiuere Darium: & ipsas nō incōdumes modo; sed ēt apparatu pristinae fortunae regi, Cadaue-
 nas fore. Tum mater Darii alleuari se passa est. Alexāder postera die cum cura sepultra hostiū
 tis militibus; quorū corpora inuenerat: Persarū quoq; nobilissimis eūdem honorem sepeliri
 haberi iubet; matriq; Darii permittit; quos uellet; patrio more sepeliret. Illa paucos iussit Ale-
 arcta ppinquitate coniūctos pro habitu p̄sentis fortunae humari iussit; apparatū fu-
 nerum: quo persae suprema officia celebraret; inuidiosum fore existimās; cum uicto-
 res haud p̄ciose cremaret. Itaq; iustis defunctorū corporibus solutis exequiis p̄mittit
 ad captiuas qui nuntiarent ipsum uenire. Inhibitaq; comitantium turba tabernaculū
 cum Ephestione intrat. Is longe omnium amicorū charissimus erat regi; cum ipso pa-
 riter educatus; secretorū oīum arbiter; libertatis quoq; in admonēdo eo nō alius ius ha-
 bebat; quod tamen ita usurpabat; ut magis a rege p̄missum q̄ uendicatum ab eo ui-
 deretur. Et sicut aetate par erat regi; ita corporis habitu p̄stabat. Ergo reginae illum re-
 gem esse ratae; suo more uenerate sunt. Inde spadonibus captiuis; quis Alexander eēt
 monstrātibus. Sisigambis aduoluta est pedibus eius; ignorationem nūq̄ antea uisi re-
 gis excusans. Quam manu alleuans rex nō errasti (inquit) mater. Nam & hic Alexan-
 der est. Equidem si hac cōtinentia animi ad ultimum uitae perseuerare potuisset; fo-
 licioreni fuisse crederē; quā uisus est esse; cum liberi patris imitaretur triumphum ab
 helleponto usq; ad oceanum omnes gentes uictoria emensus; si uicisset p̄fecto sup-
 biā; atq; iram mala iuncta; si abstinuisset inter epulas cādibus amicorum; egregiosq;
 bello uiros & tot gentium secum domitores: In dicta causa ueritus eēt occidere. Sed
 nondum fortuna se animo eius superfuderat. Ita orientem eam moderate & prudēter
 tulit; ad ultimum magnitudinem eius nō cōcepit; tum quidem ita se gessit; ut oēs ante
 eum reges & cōtinentia & clementia uincerentur. Virgines reginas excellētis formae
 tam sanctae habuit; quam si eodem tempore quo ipse parēte genite forent. Coniugē
 eiusdem; quam nulla aetatis suae pulchritudine corporis uicit; adeo ipse nō uiolauit; ut
 summam adhibuerit curam; ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem cultū reddi
 foeminis iussit; nec quicq; ex pristinae fortunae magnificentia captiuis p̄ter fiduciam
 defuit. Itaq; Sisigambis rex iquit mereris; ut ea p̄cemur tibi; quae Dario nostro quon-
 dam p̄catae sumus; & (ut uideo) dignus es; qui tantum regem nō foelicitate solum; sed
 etiam aequitate superaueris. Tu quidem matrem me & reginā uocas; sed ego me tuā
 famulam esse cōfiteor. Et p̄teritae fortunae fastidium capio; & p̄sentis iugū pati pos-
 sum. Tua interest quātum in nos licuerit; si id potius clementia quam seuitia uis esse
 testatum. Rex bonum animū habere eas iussit. Darii deinde filium collo suo admo-
 uit. Atq; nil illē cōspectu tunc primū a se uisi cōterritus; ceruicem eius manibus am-
 plectit. Motus ergo rex constantia pueri Ephestionem intuens quam uellem; iquit;
 Darius aliquid ex hac indole hausisset. Tum tabernaculo egressus; tribul aris in ripa
 pyrrhami amnis loui atq; Herculi Mineruaeq; sacratis Syriā petit. Damascum; ubi Alex-
 regis gaza erat. Parmenione p̄misso: Atq; cum p̄cessisse Darii satrapem comperisset; rā petit
 Veritus ne paucitas suorum sperneret; accersere maiorem manum statuit. Sed for-
 te i exploratores ab eo p̄missos incidit natiōe Mardus; qui ad Parmenionem perdu
 ctus litteras ad Alexandrum a praefecto Damasci missas tradit ei; nec dubitare eum
 quin omnem regiam suppellectilem cum pecunia traderet; adiecit. Parmenio a
 Darii eo iussu litteras aperit; in quibus erat scriptum ut mature Alexander aliquem ex du-
 cibus suis mitteret cū manu exigua. Itaq; re cognita Mardū datis comitibus ad pro-
 uenit.

in uice clonus

exalen uir erat

laudat q. c. mori alexan dri

apposi tūc. ea que uincit p̄ passū est. in occide uet multo

pro te iorem

quoniam coram uis facere potes. alexan der.

quia p̄fecto Darii o cūpene uet dū uisū p̄ par me mi

aserna ri

quo se fortuna eo se fauor hominum uinclinat

alc. ex terra. uel ex dolore.

mater darii

in uice clonus

alexander

prohibita ut inire dretur.

alexandro

alexandra

ephestione

ephestione

ephestione

Sisigambis darii

mater.

nam belyus in ris regi

omibus ase bastatis is

ad huc cepit alexan

der: tri hūn phabi:

causa uo otida. re

no cognita. beritue

ignorata.

tum. quam orichas

fortuna.

congez. matrem si

chias q. da

rii.

cōtinentia

revertendi impo

in pristinae fortu

nae statuz q.

iam metedat p̄terite

fortune.

si potius uis relinqre

exempluz clemetie

q̄ se uirte postereis.

l. q̄ cōt nobilis sime hic

puer. l. quia si fuisse

audis sicut hic ma

ior q. gl

Aug cōm

cum uincendo z

in uicis mani bus

stare

latis a par me mione litteris inquis erat illud scriptum

quosci profecerat parmanio

marco

ad sampe3 damasci
illud incium pre
feci damasci.
p alexander sen par
memo no habuisset
fide m h
teriscij
qma in
fra quator
dies ne
uinez uiderat venien
tez ab alexandro.

ditorem remittit. Ille e manibus custodiētū lapsus damascū ante lucem intrat. Tur
bauerat ea res parmenionis animum insidias timentis: & ignotum iter sine duce non
audebat ingredi. Felicitati tamē regis sui confilus: agrestes: qui duces itineris essent
excipi iussit: quibus celeriter repertis quarto die ad urbem peruenit: iam metuete præ
fecto: ne sibi fides habita non esset. Igitur quali parum munimētis oppidi fidens: an
te solis ortum pecuniam regiam: quam gazam persæ uocant: cum præciosissimis re
rum efferrī iubet: fugam b mulās re uera ut prædam hosti offerret. Multa milia uiro
rum sceminarumq; excedentē oppido sequebantur: omnibus miserabilis turba præ
ter eum cuius fidei commissa fuerat: quippe quo maior pditoris merces foret: obii
cere hosti parabat gratiorem omni pecunia prædam: nobiles uiros: prætorum Darii
coniuges liberosq; præter hos urbium græcarum legatos: quos Darius uelut in arce

Gamga
bx
gangabe dicuntur ba
sulatores.

tutissima in pditoris reliquerat manibus. Gamgabas persæ uocāt humeris onera por
tantes: hi cum frigus tollerare nō possent: quippe & pcella subito niuem effu
& humus rigebat gelu: tum astrictas uestes: quas cū pecunia portabāt: auro & pur
pura insignes induūt: nullo phibere auso: cū fortuna regis etiam humillimis in ipm
licentiam faceret. Præbue ergo Permenioni non spernendī agminis specie: qui intē
tione cura suos quasi ad iustum prælium paucis adhortatus equis calcaria subdere iu
bet & acri impetu in hostem inuehi. At illi qui sub oneribus erāt: omittis: per metum

Dama
scenorū
miserabi
lis fuga:
& capti
uitas

capessunt fugam. Armati quoq; qui eos perlequebantur: eodem metu arma iactare:
ac nota diuerticula petere coeperunt. Præfectus quasi & ipse conterritus simulans
cuncta pauore compleuerat. lacebant totis campis opes regiae. Illa pecunia stipedio
ingenti militum præparata. Ille cultus tot nobilium uirosum: tot illustrium scemina
rum: aurea uasa: aurei fræni: tabernacula regali magnificētia ornata. Vehicula quo
q; a suis destituta: ingentis opulentia plena: facies etiam prædantibus tristis: si qua res
auariciam moraretur: quippe tot annorum incredibili & fidem excedente fortuna cu
mulata: tunc alia stirpibus lacerata. alia in cœnum demersa eruebantur: non sufficie
bant prædantium manus prædæ. Iamq; etiam ad eos: qui primi fugerant: uentum
erat. Fœminæ plæreq; paruos trahentes liberos ibant: inter quas tres fuere uirgines

quia in pps damibz
potius est auaritia q
misericordia

Occhi re
gis filia
& nxor

Occhi: qui ante Darium regnauerat: filia: olim quidem ex fastigio paterna rerū mu
tatione detracta: sed tum lortem earum crudelius aggrauante natura. In eodem gre
ge uxor quoq; eiusdem Occhi fuit: Oxatrisq; frater: hinc erat Darii filia: & coniunx
Artabazi principis purpuratorū: & filius: cui Illioneo fuit nomē. Pharnabazi quo
q; cui summum imperium maritimæ oræ rex dederat: uxor cū filio excepta est. Mē
toris filia tres: ac nobilissimi ducis Memnonis coniunx & filius. Vixq; ulla domus
purpurati fuit tantæ cladis expers. Lacedæmoni quoq; & athenienses erant socie
tatis fidē uiolata perlas secuti. Aristogiton dropides & leuertes inter atheniēses gene
re fama; longe clarissimi. Lacedæmoni Perilippus & Onomastorides cum Omaio
& Calicratide ii quoq; domi nobiles. Summa pecuniæ signata fuit talentorū duo mi
lia & sexaginta: facile argenti podus: quingeta æquabat. Præterea. xxx. milia hominū
cū septē milibus iumentorū dorso onera portatum capta sunt. Cæterū dii tantæ for
tunæ pditorem sepulturæ celeriter debita pœna persecuti sunt. Nāq; unus e conscis

occhus rex fuit ante
darium uimimaba
rus. quippe in of ill
ten pestue fur. urox
aliquoz ingressus
amitatem oibus eius
uirginibus prebere
quantitate pecuniaz
rum destituta; et
more. quem obmo
rez iste rex absene
bat ab ingre fibus
cinuatim plurim

Propito
ris dama
sci mors.

eius credo regis uicem etiam in illa sorte reueritus: interfecti pditoris caput ad Da
rium tulit (opportunum solatium prodito) quippe & ultus inimicum erat: & nondū
in omnium animis memoriam maiestatis suæ exoleuisse cernebat.

ut. quo. qui. in causa finali.

Q. CVCTII DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS MACEDONVM. LIBER Q VARTVS.



DARIVS Tanti modo exercitus rex: qui triūphantis magis: quā dīmī cantis more curru sublimis inierat praelium: per loca: quae prope imen- sis agminibus cōpleuerat: iam inania & ingenti solitudine uasta fugie- bat. pauci regē sequebantur: nam nec eodē oēs fugā intenderant. & defi- cientibus equis cursum eorū: quos subindē mutabat: aequare non pote-

opidum rant: Vnchas deinde peruenit: ubi exceperere eum græcorū quattuor milia: cū quibus *ad* Euphratem contendit: id demū credens fore ipsius: quod celeritate praeipere po- *tuisset.* At Alexāder Parmenionē: per quē apud damascū recepta erat praeda: iussum eā ipsam & captiuos diligentī asseruare custodia: Syria: quā celem uocant: praefecit.

Nouum imperiū Syriā nondū belli cladibus satis domiti aspernabantur: sed celeriter *subacti* obedienter i perata fecerunt. Nardus quoq; insula deditur regi. Maritimā ta- *men* oram: & pleraq; longius etiā a mari recedentia rex eius insulae strato possidebat: *quo* in fidē accepto: castra mouit ad urbē Marathon. Ibi illi litterae a Dario redduntur: *quibus* ut superbe scriptis uaxhemeter offensus est. Praecipue eū mouit: quod darius sibi regis titulū: nec eundē Alexandri nomini ascripserat. Postulabat aut magis q̄ pe-

tebat: ut accepta pecunia: quātācūq; tota Macedonia caperet: matrē sibi ac coniugē li- berosq; restitueret. De regno a quo: si uellet: Marte contēderet. Si saniora cōsilia tadē pati potuisset: contentus patrio cederet alieni i perii finibus: socius amicusq; eēt: in ea se fidē: & dare paratū & accipere. Contra Alexander in hunc maxie modū rescripsit.

Rex Alexander Dario. Celes: cuius nomen sumpsisti: Darius græcos: qui orā belle- sponti tenent: coloniasq; græcorū: Ionias omni clade uastauit: cū magno deinde exer- citu mare traiecit: illato Macedoniae & græciae bello. Rursus rex Xerxes gētis eiusdē ad oppugnandos nos cū imaniū barbarorū copiis uenit: qui nauali plio uictus: Mar- doniū tamen reliquit in græcia: ut absens quoq; popularetur urbes: agros ureret. Phi- lippū uero parentē meū quis ignorat ab iis interfectū esse: quos ingentis pecuniae spe

sollicitauerant uestri. Impia enim bella suscipitis: & cū habeatis arma: licitamini ho- stiu capita: sicut tu proxime talentis mille tanti exercitus rex percussorē in me emere uoluisti. Repello igitur bellū: non infero. Et diis quoq; pro meliore stantibus causa magna partē alia in ditionem redegi meā: te ipsum acie uici: quē & si nihil a me impe- trare oportebat quod petieras: utpote qui ne belli quidē in me iura seruaueris: tamen si ueneris supplex: & matrē: & coniugē: & liberos sine praeicio recepturū esse pmitto.

Et uincere & consulere uictis scio. Qui si te nobis cōmittere times: dabimus fidē im- pune uenturū. De cetero cū mihi scribes: memento non solū regi te: sed etiā tuō scri- bere. Ad hanc perferendā Tersippus missus. in scenicē deinde descendit: & oppidum Biblā traditū recepit. Inde ad Sydonā uentū est: urbē uetustate fama; conditorum inclytā. Regnabat in ea Strato Darii opibus adiutus: sed quia deditioem magis po- pulariū: q̄ sua sponte fecerat regno uisus indignus: Ephestioniq; pmissum: quē eo fa- stigio Sidones dignissimū arbitrarent: constitueret regē. Erant ephestioni hōspites Darii inter suos iuuenes: qui facta ipsis potestate regnādī: negauerūt quēq; patrio mo- re in id fastigiū recipimī regia stirpe ortū. Admiratus ephestion magnitudinē animi spernentis: quod alii pignes ferrūq; peterēt. Vos quidē macti uirtute (inquit) estote: qui primi intellexistis: quāto maius eēt regnū fastidire: q̄ accipere. Ceterū date aliquē

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

celem. græc. latine cōca

Nardus insula Litterae Darii Alexandro redditae.

Darius celes uocabat patrem dario

licitor. aris. est aliquid a precia re maiore precia q̄ ualet.

biblū ab bibis. i. iunias.

uetustate iclyta. q̄ miserat alexa der ephestion frater quoz uolue ret regem.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

opidum

hic est ti- tulus q̄ pistole quam alexander dedit ad dario- num.

in quo ma- luit licitamini in hosti- um capi- illam in a parctuo a fratre

in me. u. percussorē emere uoluisti.

regio

clari ab ebat ephestion q̄ daz su uenes hor ptes clari amiffi mo.

quibus dixerat ephestion acciperent regnum.

b

quid dicit postea se per vos accepisse regnum & per vos esse regem.

qui hortus erat sub urbe. stipe. i. exigua imperia.

Abdolo-
minus
rex costi-
tuitur.

hinc. s. status. p. quem. quia pauperem in p. b. dicit. sed quia nobilis et pauper accepit regnum illud et illud tibi dicitur.

o. de ueritate.

aliis placere. aliis displicere. illud factum. alii bene alii vero male esse factum uidebat.

in ueritate.

in ueritate.

tripolis est in insula in quo sunt tres n. in quo quia tripolis bonum lorum. quia clarior modo statum deseruit cum.

ingit amittas equum semper in fensi rapiancis. nos sonus habebunt in hostes.

pelusii. in mor. u. septi. ad in quo p. duo est. hoc oppidum pelusii. quibus uat portus.

Amyntæ
mors.

in ueritate. diis hostium. ut tunc si dii non magis uni q. alteri parti haberent.

et fuit prudentius et facilius.

regiæ stirpis: qui meminerit a uobis acceptu habere se regnū. At illi: cū multos imine re tantæ spei cernerēt singulis amicorū Alexandri ob nimiam regni cupiditatē adulan- tibus: statuunt neminē eē potiorē: q̄ Abdolominū quēdam longe quidē cognatione stirpi regiæ ahnēxum: sed ob inopiā suburbanū hortū exigua colentē stipe. Causa ei paupratis sicut plerisq; pbitas erat: intētusq; opē diurno strepitū armorū: qui totam asiam concusserat: non exaudiebat. Subito deinde: de quibus antedictū est: cū regiæ uestis insignibus hortū intrant: quē forte steriles herbas eligēs: Abdolominus repur gabat. Tunc rege eo saluto: alter ex his habitus (inquit) quē cernis in meis manibus cū isto squalore pmutandus tibi est. Abluē corpus illuuiē: æternisq; sordibus squali- dum. Cape regis animū: & in eā fortunā: qua dignus es: istā continētiam pfer. Et cū in regali solio residebis: uitæ necisq; omniū ciuiū dominus (caue) obliuiscaris huius: in quo accipis regnū: imo hercule: pp quē somnio similis res Abdolomino uidebat. Interdum satis ne sani eēt: qui tam pterue sibi illuderēt: pcunctabatur. Sed ut cun- ctanti squallor ablatu est: & iniecta uestis purpura auroq; distincta: & fides a iurā- tibus facta: sero iam rex iisdē comitatibus in regiā puenit. Fama (ut solet) strenue to- tas urbes discurrat: aliorū studiū: aliorū indignatio eminebat. Ditissimū quisq; humi- litatē inopiāq; eius apud amicos Alexandri criminabāt. Admitti eū rex ptinus iussit: diuq; contēplatus: corporis inquit habitus famæ generis non repugnat: sed libet scire: inopiā: qua patiētia tuleris. Tum ille utinam (inquit) eodē animo regnū pati possim. Hæc manus suffecere desiderio meo: nihil habētī nihil defuit. Magnæ indolis specie ex hoc sermone Abdolomini cœpit. Itaq; non stratonis modo regiā supellectilē attri- bui ei iussit: sed pleraq; ēt ex plica pda: regionē quoq; urbi appositā dicioni ei adiecit. Interea amyntas: quē ad persas ab alexandro transfugisse diximus: cum quattuor mi- libus græcorum ipsum ex acie psecutis fuga tripolim puenit: inde in naues militibus impositis Cyprū trāsmisit: & cum in illo statu rerū id quēq; quod occupasset: habi- turū arbitraret: uelut certo iure possessum: ægyptū petere decreuit utriq; regi hostis: & semp ex ancipiti mutatione tēporum pēdens: hortatuq; milites ad spē tantæ rei do- cet Satacē prætorē ægypti cecidisse in acie: psarum p̄sidium & sine duce eē & inuali- dum. Aegyptios semp p̄toribus eorum in fensos: pro sociis ipsos non p hostibus æsti- maturos. Omnia experiri necessitas cogebat: quippe cū primas spes fortūa destituit futura p̄sentibus uidēt eē potiora. Igitur conclamant duceret: quo uideret. Atq; ille utēdum animis dum spe carēt ratus: ad pelusii ostium penetrat: simulās a Dario se esse p̄missum. Potitus ergo pelusii: Memphin copias p̄mouit: ad cuius famā ægyptii uana gēs & nouadis: quā gerendis aptior rebus suis quisq; uicis: urbibusq; ad hoc ipsum concurrūt: ad delēda p̄sidia psarum: qui territi tamē spē obuinēdi ægyptum nō amiserāt. Sed eos Amyntas p̄lio superatos in urbem compellit: castrisq; positis uicto- res ad populandos agros eduxit: ac uelut in medio positis diis hostium cuncta agebā- tur. Itaq; Mazeces quāquā in fœlici p̄lio suorum animos territos esse cognouerat: tamē palantes & uictoriæ fiducia incautos ostentans perpulit: ne dubitarent ex urbe erumpere: & res amissas recugetare. Id consiliū non ratione prudētius: quam euentu fœlicius fuit. Ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has p̄enas amyntas utriq; regi dedit: nihilo magis ei: ad quē transfugerat: fidus: q̄ illi: quē deseruerat. Darii p̄- tores: qui p̄lio apud Ysson super fuerant: cum omni manu: quæ fugientes secuta erat: assumpta etiam cappadocum & paphlagonum iuuentute: lydiam recuperare temptabant. Antigonus prætor alexandri lydiæ præerat: qui quanquā plerosq; mi-

secrari regnum

parua imperia

quis ab ephesi dicitur accepit

officia habens status

debris

in pamp. in m. us

propin. quoz

subitane inuasi tres tabi.

regni eg. tit.

f. nos. deseru.

apud egiptus

ne uini magis q. alacris n. faber

rapian

no uandis q. gerendis reb. ap. n. r.



litum ex p̄sidiis ad regem dimiserat: tamē barbaris spretis in aciem suos eduxit. Eadē
 illic quoq; fortuna p̄lium fuit: tribus p̄liis alia atq; alia regione commissis p̄se fundū
 tur. Eodē tēpore classis Macedonum ex gr̄acia accita Aristomenē: qui ad helleston
 ti oram recuperandam a Dario erat missus: captis eius aut euerlis nauibus supat: a mi
 lesiis deinde Pharnabazus p̄fectus perlicæ classis pecunia exacta: & p̄sidio in urbem
 Chium introducto: centum nauibus andrum: & inde Syphēnum petiit: is quoq; in
 sulas p̄sidiis occupat: pecunia mulctat. Magnitudo belli: quod ab opulentissimis Eu
 ropæ Asiaq; rebus in sp̄em totius orbis occupandi gerebatur: gr̄acia quoq; & cretæ
 arma commouerat. Agis lacedæmoniorum rex octo milibus gr̄acorum: qui ex Ci
 licia profugi domos repetierant contractis bellum antipatro macedoniæ p̄fecto mo
 liebatur. Cretēses has aut illas partes secuti nunc spartanorum: nunc macedonū p̄si
 diis occupabantur. Sed leuiora inter illos fuere discrimina: unum certamē ex quo cæ
 tera p̄debant: intuente fortuna. Iam tota Siria iam phœnices quoq; excepta tyro ma
 cedonum erant: habebatq; rex castra in continenti a quo urbē angustum fretum di
 rimit. Tyrus & claritate & magnitudine ante omnes urbes Syriæ phœnicisq; memo
 rabilis: facilius societate alexandri acceptura uidebatur: quam imperium. Coronam
 igitur auream legati donum afferēbant: commeatuq; large & hospitaliter ex oppido
 adduxerant. Ille dona ut ab amicis accipi iussit: benigneq; legatos allocutus herculi:
 quē p̄cipue Tyri colerent: sacrificare uelle se dixit. Macedonum reges credere ab illo
 deo ipso genus ducere: se uero ut id faceret ēt oraculo monitum. Legati respondēt esse
 templum herculis extra urbem in ea sede quam paletron ipsi uocant. Ibi regē deo
 sacrum rite facturum. Non tenuit iram alexander: cuius alioquin potēs nō erāt. Itaq;
 uos quidē inquit fiducia loci: quod insulam incolitis: pedestrē hunc exercitum sper
 nitis: se breui ostēdam in cōtinēti uos eē. Proinde sciatis me licet aut intraturum ur
 bem: aut oppugnaturum. Cum hoc responso dimissos monere amici cœperūt: ut re
 gem: quem Syria: quem phœnix recepisset: ipsi quoq; urbem intrare paterētur. At illi
 loco satis fisi obsidionē ferre decreuerunt: nāq; urbem a continenti quattuor stadios
 fretum diuidit a phricō maxime obiectum: crebros ex alto fluctus in litus euoluens:
 nec accipiēdo operi: quo macedones contineti insulam iungere parabant: quicquam
 magis quam ille uentus obstabat: quippe uix leni: & tranquillo mari molles agi pos
 sunt. Aphricus uero prima quæq; congesta pulsu illa mari lubruit: nec ulla tam fir
 ma molles est: quam non excedāt unde: & per enixus operum manātes: & ubi acrior
 status extitit summi operis fastigio superfusa: Præter hāc difficultatem haud minor
 alia erat: muros turreq; urbis p̄altum mare ambiēbat. Non tormēta nili e nauibus
 procul excussa emitti: non scalæ mœnibus applicari poterant. Præceps in salum mu
 rus pedestre interceperat iter: naues nec habebat rex: & si admouisset: pendētes & in
 stabiles mililibus arceri poterant. Inter quæ haud parua dictu res: Tyrriorū fiducia
 accendit. Carthaginēsiū legati ad celebrādū anniuersarium sacrum more patrio
 tunc uenerant: quippe Carthaginē tyrii condiderūt: semp̄ parentū loco culti: horta
 ri ergo p̄ceni cœperūt ut obsidionē forti animo paterentur: breui Carthagine auxilia
 uentura: nāq; ea tēpestare magna ex parte punicis classibus maria obsidebant. Igit̄
 bello decreto p̄ muros turreq; tormēta disponūt: arma iunioribus diuidūt: opificesq;
 quorū copia urbs abūdabat: in officinas distribuūt. Omnia belli apparatu strepūt:
 ferrea quoq; manus harpagonas uocant: quas operibus hostium iniicerent: coruiq; Harpa
 & alia tuēdis urbibus excogitata p̄parabant. Sed cum fornacibus ferrum: quod ex
 gones

ter imp
liom di
sum p̄
alex
dario
parabat
necessi
regi ubi
dario
herculi
in que
diffat al
urbe p̄
spatiū
uig p̄
geri
alexan
drum

alias partiu
sup ruit
macedoniz
aliquando a spartanis. inter
dnu a macedonibus mep
ce de cōduccebant ercēses
dimidit
melius. qua
Causa
belli iter
Tyrios
& alexan
drum
legati
fretum
magine
nec accipiendo
operi
excidat
nexus
tyrii condide
runt carthagine
poc in carthagine
ses dicunt
harpagonas dicit
ab harpago et sunt
apti ad rapicndu
armi. sunt ad opus
uandm hostes et ad
defensione.

Sanguinis riuus sub ipsis flammis extitisse dicuntur; idque omen in Macedonum metum uerterunt Tyrii. Apud macedonas quoque cum forte panem quidam militum frangeret; manantis sanguinis guttas notauerunt. Territoque rege Aristander peritissimus uatum respondit: si extrinsecus cruor fluxisset. Macedonibus id triste futurum. Contra: cum ab interiore parte manauerit: urbi quam obsidere destinaissent: exitum portendere. Alexander cum & classem procul haberet; & longam obsidionem magno sibi ad caetera impedimento uideret fore: caduceatores: qui ad pacem eos compellerent: misit: quos tyrii contra ius gentium occisos: precipitauerunt in altum. Atque ille suorum iam indigna nece commotus: urbem obsidere statuit. Sed ante iacienda moles erat: quae urbem continenti committeret. Ingens ergo animos militum desperatio incessit: cernentium profundum mare: quod uix diuina ope posset impleri: quae saxa tam uasta: quas tam proceras arbores posse reperiri: exhaustas esse regiones: ut illud spatium aggeraretur: & aestuare semper fretum: quoque arctius uolueretur inter insulam & continentem hoc acrius furere. At ille haudquaquam rudis pertractandi militares animos specie sibi herculis in somno oblata esse pronuntiat dextram porrigentis: illo duce: illo aperiente in urbem intrare se uisum. Inter haec caduceatores interfectos: gentium iura uiolata referebat. Vnam esse urbem: que cursum uictoris morari ausa esset. Ducibus deinde negotium datur: ut suos quisque castiget: satque omnibus stimulis opus orsus est. Magna uis saxorum ad manum erat tyro uetere praebente: materiae ex lybano monte ratibus & turribus faciendis uehebatur. Iamque a fundo maris in altitudinem montis opus excreuerat: nondum tamen aquae fastigium aequabat: cum tyrii paruus nauigiis admotis per ludibrium exprobrabant. Illos armis inclinat


Legati Alexandri a tyriis occisi



Tyrum continenti committere orsus est alexander.

quia dux est tyrius
mon prebebat. n. opus speciez motis
quo loquig moles agebat a litto
hoc magis: quia manolebat uincte
d in gcebat: p re marc cui imp
tu absorbebat rat neptunus
re:

ro opere.
ut. i. ut tela eis non possent nocere.



Alexander arabiam petit.

coctauerunt.

ros dorso sicut iumenta opera gestare interrogabant etiam: num maior neptunus esset alexander. Haec ipsa insectatio alacritatem militum accendit. Iamque paulum moles aquae eminebat: & simul aggeris latitudo crescebat: urbique admouebatur: tum tyrii magnitudine molis: cuius incrementum eos ante fefellerat: conspecta leuibus nauigiis nondum commissum opus circuire coeperunt: missilibus eos quoque: qui prope stabant: incessere. multis ergo impune uulneratis: cum & remouere & appellere scaphas inexpedito non esset: ad curam semetipsos tuendi ab opere conuerterant: & quo longius moles agebatur a litore: hoc magis: quicquid i gerebatur: praetulum absorbebat mare. Igitur ex iumentis coria uelaeque iussit obtendi: ut extra taeli iactum essent: duasque turres ex capite molis erexit: e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. Contra tyrii nauigia procul a conspectu hostium littori appellunt: expositisque militibus: eos: qui saxa gestabant: obrucant. In lybano quoque arabum agrestes incompósitos macedonas aggressi: triginta fere interficiunt: paucioribus captis. Ea res alexandrum diuidere copias coegit. Et ne segniter assidere uni urbi uideretur: operi perdicam Crateronque praefecit: ipse cum expedita manu arabiam petiit. Inter haec tyrii nauem: magnitudine eximia saxis: harum renaque puppi oneratam: ita ut multum prora emineret: bitumine: ac sulphure illatam remis concitare ruunt: & cum magnam uim uenti uelae quoque concepissent: celeriter ad molem successit. Tunc prora eius accesa remiges desiliere in scaphas: quae ad hoc ipsum praeparatae sequebantur. Nauis autem igne concepto latius fundere incendiium coepit: quod priusquam posset occurrere: turres & caetera opera in capite molis posita comprehendit. At qui desilierant in parua nauigia: faces & quicquid alendo igni aptum erat in eadem opera ingerunt. Iamque non modo macedonum turres: sed etiam summa tabulata conceperant ignem: cum ii: qui in turribus erant: partim haurirent incendio:

enacnan dabo. dicebant milites.

referbat alexander suis milibus.

hoc tyrii dicebant

reperit in no po sit nec remone re nec a ppellere nauiculas

i. no po sse tela nocere eis.

in diu saxa fere bat aliq mactre par tabit

quocumq ingra 2 ad pe deq in ris

o/o

partim armis omissis in mare semetipsi imiterent. At tyrii: qui capere eos: ^{uinos.} q̄ interfice-
 re mallent: natantium manus stipitibus saxisq; lacerabant: donec debilitati ipse na-
 uigiis excipi possent: nec incendio solū opera consumpta: sed forte eodē die uehemē-
 tior uentus totum ex profundo mare ^{inuenit} illisit in molē: crebrisq; fluctibus ^{rotationes} cōpages ope-
 ris uerberata laxauere: saxaq; interfluens unda medium opus rupit. Prorutis igit̄ la-
 pidum cumulis: quibus iniecta terra sustinebatur: ^{opus} præceps in profundū ruit: tateq;
 molis uix ulla uestigia inuenit. Arabia rediēs alexander. hoc: quod in aduersis rebus **Arabia**
 solet fieri: alius in alium culpam referebat: cū oēs uerius de saeuitia maris ^{apud alexandrum} quari pos- **rediit alex-**
 sent. Rex noui operis molē orsus in aduersum uentū non latere: sed recta fronte dire- **xauder.**
 xit: quod cætera opera uelut sub ipso latētia tuebatur. Latitudinem quoq; aggeri adie-
 cit: ut turre in medio erectæ procul tæli iactu abessent. Totas aut̄ arbores cū ingen-
 tibus ramis in altum iaciebant: deinde saxi onerabant: rursus cumulo eorū alias arbo-
 res iniiciebant. Tum humus ^{accumulabat} aggerēbat: super quæ alia ^{hanc omnia} strue saxorū arborūq; cumu-
 lata uelut quodam nexu ^{per se opanete} continens opus iunxerat. Nec tyrii quicquid ad impediendā
 molē excogitari poterat ^{per se opanete} segniter exequiebantur. Præcipuū auxiliū erat: qui procul ho-
 stium conspectu subibant aquam: occultoq; lapsu ad molē usq; penetrabant: facili-
 bus palmites arborū eminentiū ad se trahentes: quæ ubi secutæ erant: pleraq; secum <sup>forte cum harpagonibus q̄
superius dixit quas operibus
hostium iniarent.</sup>
 in profundū dabant: tum leuatos onere stipites troncosq; arborum haud a gre molie
 bantur. Deinde totum opus: quod stipitibus fuerat innixum: fundamento lapsu se- **Classis**
 quebat. Ergo alexandro: ne perseueraret: an abiret: satis incerto: classis cypro adue- **alexandri.** **egro animi.**
 nit. Eodēq; tēpore Cleander cum græcis militibus in Asiam nuper adductis: centum
 & octoginta nauium in duo diuidit cornua. Leuum Pythagoras rex Cypriorū cum
 Cratero tuebat. Alexandrū in dextero quinqueremis regia uehebat. Nec tyrii: quā-
 quam classem habebant: ausi nauale iniere certamē: triremes oēs ante ipsa mœnia op-
 posuerunt: quibus rex inuectus ipsas demersit. Postera die classe ad mœnia admota
 undiq; tormētis & maxime arietum ^{curis dāgenereis machinarum} pulsu muros quatit: quos tyrii raptim obstructis
 saxi refecerunt: interiorē quoq; murū ut prior ^{festinante} fefellisset: illo se tuerent undiq; orsi:
 sed undiq; uis mali urgebat: moles inter tæli iactum erat: classis mœnia circuibat: ter-
 restri simul naualiqu; clade obruebant: quippe binas quadrirēmes macedones inter se
 ita iunxerant: ut proræ cohærerēt: puppes interuallo: quantū capere poterant: dista-
 rent: hoc puppiū interuallū antennis: assibusq; ualidis diligatis: superq; eos ponti-
 bus stratis: qui milite ^{i. milites} ^{substitueret} ^{i. trios} ^{implerant}: sic instructas quadrirēmes ad urbem
 agebant: inde missilia in propugnantes ingerebant tuto: quia proris miles tegebatur. **Naues**
 Media nox erat: cum classem: sicuti dictū est: paratam circuire urbē iubet: iamq; na- **urbi ad-**
 ues urbi undiq; admouebant: & tyrii desperationē torpebāt: cum subito spissa nu- **mouebā-**
 bes intēdere se cœlo. & quicquid lucis intermittebat: effusa caligine extinctū ē. Tum **tur.**
 inhorrelces mare paulatim leuare: deinde ^{leuabat} acriori ^{uoluit} uento concitatū fluctus ciere: & inter
 se nauigia collidere. Iamq; scindi cœperant uincula: quibus connexe quadrirēmes erāt:
 ruereq; tabulata: & cum ingenti fragore in profundū secum milites trahere. Neq; n.
 conferta nauigia ulla ope in turbido ^{mani} ^{gubernari} regi poterant. Miles ministeria nautarum: remi-
 ges militis officia turbabāt: & quod in huiusmodi casu accidit: peritignaris parebāt
 quippe gubernatores alias imperare soliti: tum metu mortis iussa exequiebant. Tan-
 dem remis pertinacius euerberatum mare: ueluti eripientibus nauigia classicis celsit
 appulsaq; sunt littori lacerata pleraq;. Iisdem diebus forte Carthaginensium legati.
 xxx. superueniunt: magis obsessis solatium quam auxilium: quippe domestico bello

hic ad uerbis

forte cum harpagonibus q̄
superius dixit quas operibus
hostium iniarent.

Classis alexandri. egro animi.

Jahas nauis.

arietis est trabes magna habens
rostrum ferreū q̄ impellit ad mœ-
nia mœnes incipientes.

substitueret.

copago
et irpago

cum

machi
mabelli
cis

in ermo
posseu-tele
emitti in tra
urbem.

i. inten
debant

i. collidit
bat. f. mare. ruebant

pœnos impediri: nec de imperio: sed pro salute dimicare nūciabant. Syracusani tūc
 aphricam urebant: sed haud procul Carthaginis muris locauerant castra. Non tamē
 defecere animis tyrii: quāquam ab ingenti spe destituti erant: sed coniuges liberosq;
 deuehēdos Carthaginem tradiderunt fortius quicquid accideret laturo: si charissimā
 sui partem extrā communis periculi sortem habuissent. Cumq; unus e ciuibus con-
 cione indicasset: oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis: quem eximia reli-
 gione colerent: urbem deserentis: moleq; a Macedonibus iactam in salo in siluestre
 saltum eē mutatam: quāquam auctor leuis erat. Tamē ad deteriora credenda proni
 metu aurea cathæna deuinxere simulacrum: aræq; Herculis: cuius numini urbē di-
 cauerant: inseruere uinculum: quasi illo deo Apollinem retenturi. Syraculis id simu-
 lacrum deuexerant pœni: & in maiore locauerant patria: multisq; aliis spoliis urbium
 a semet captarum non Carthaginem magisquam tyrum ornauerunt. Sacrum quoq;
 quod equidem diis mipime cordi esse crediderim: multis saculis intermissum repetē-
 tes auctores quidam erant: ut ingenuus puer Saturno imolaretur: quod sacrilegium
 uerius quam sacrum Carthaginenses a conditoribus traditum usq; ad excidium ur-
 bis suæ fecisse dicuntur: ac nisi seniores obstitissent: quorū consilio cuncta agebant:
 humanitate dira superstio uicisset. Cæterum efficacior omni arte necessitas non u-
 tata modo præsidia: sed quædam etiam noua admouit. Nāq; ad implicanda nauigia
 que muros subibant: ualidis asseribus coruos & ferreas manus cum uncis ac falcibus
 illigauerant: ut cum tormēto asseres promouissent: subito laxatis funibus iniicerent.
 Vnci quoq; falces ex iisdē asseribus dependentes aut propugnatores: aut ipsa nauig-
 gia lacerabant. Clypeos uero æneos multo igne torrebant: quos repletos feruida ha-
 rena cœnoq; decocto muris subito deuoluebāt: nec ulla pestis magis timebat: quip-
 pe ubi loricā corpusq; feruēs harena penetrauerat: nec ulla uī excuti poterat: & quic-
 quid attigerat: perurebat. iacentesq; arma laceratis omnibus quis protegi poterant:
 uulneribus multis patebant: corui uero & ferreæ manus tormentis emissæ plerosq;
 rapiebant. His rex fatigatus statuerat soluta obsidione ægyptum petere: quippe cū
 Asiam ingenti celeritate percurrisset: circa muros unius urbis hærebat: tot maxima-
 rum rerum opportunitate dimissa. Cæterū tam discedere irritū quā morari pudebat.
 Famam quoq; qua plura quam armis euerterat: ratus leuiorē fore: si tyrum quasi te-
 stem se posse uinci reliquisset. Igitur ne quid inexpertū omitteret: plures naues ad-
 moueri iubet delectosq; militum imponi. Et forte bællua inusitatae magnitudinis sup-
 ipsos fluctus dorso eminens ad molem: quā macedones iecerant: ingens corpus ap-
 plicuit: diuerberatisq; fluctibus alleuans semet utrinq; colpecta est. Deinde, capite mo-
 lis rursus alto se imersit: ac modo super undas eminens magna sui parte modo super-
 fusis fluctibus condita: haud procul munimētis urbis emerlit. Vtriusq; latus fuit bel-
 lux aspectus. Macedones iter iaciendo operi monstrasse eam augurabantur. Tyrii
 neptunnum occupati maris uindictam arripuisse bælluam ac molem breui profecto
 ruituram: lætiq; omine eo ad epulas dilapsi, onerauerunt se uino: quo graues orto sole na-
 uigia conscendunt redimīta coronis floribusq;: adeo uictoriæ non omē modo: sed
 etiam gratulationem perceperant. Forte rex classem in diuersam partem agi iusserat.
 xxx. minoribus nauigiis relictis in littore: e quibus tyrii duobus captis: cætera ingenti
 terruerant metu: donec suorum clamore audito alexander classem littori: a quo fremitus
 acciderat: admouit. Primā a macedonū nauibus quicquid uelocitate iter cæteras
 emines occurrit: quā ut colpexere tyrii: duæ e diuerso i latera eius iuectæ sūtā quarū

Ingenuus

puer Sa-

turno im-

molabat

Necessi-

tas effica-

cior om-

ni arte.

Bellua

inusitatae

magnitu-

dinis uisa

Prælium

cōmittit

multis. uel multis

dicebat darinis seuereri.

itadicat darinis.

io rem. Vereri se ne auium modo: quas naturalis leuitas ageret; ad sydera iani ac pue
rili mentis affectu efferret. Nihil difficilius esse: q̄ in illa ætate tanta capere fortunam:
multas se adhuc reliquias habere: nec semper in angustiis posse depræhendi. Transe
undum esse Alexandro Euphratem; Tygrimq; & Araxem: & Hydaspē magna mu
nimenta regni sui. Veniendum i campos: ubi paucitate suoz erubescēdum sit. In me
diam; hyrcaniam; Bactra: & indos oceani accolas: quando se aditur. Nesoglianos: &

*ne mendim esse
seuero nam su
perius dixit
alexander sine
neris super
Alexandri
resposio.*

Aracosios nominē: cæterasq; gentes ad Caucasum: & Tanaim pertinētes. Senescēdū
fore tātum terrarum uel sine prælio obeunti. Se uero ad ipsum uocare desineret: nāq;
illius exitio se esse uēturum: alexāder his illis: qui litteras attulerāt: respōdit. Dariū su
bi aliena promittere: quod totum amiserat: uelle partiri. Doti sibi dari lydām: Ionidas
Eolidem helleponti oram uictoriae suæ præmia: leges autem a uictoribus dici accipi
a uictis. In utro statu ambo essent: si solus ignoraret: q̄ primum Marte decerneret: se

*si solus si ipse solus ignoraret qd
ones sunt: s. se darinis mēdiz
ce ab ipso alexandro*

quoq; cū transisset mare: non Ciliciam: aut lydiam ignorare: quippe tanti belli exigua
hanc esse mercedē: sed persepolim caput regni eius: Bactra deide & battana ultimiq;
orientis oram imperio suo destinasse: quocūq; ille fugere potuisset: ipsum sequi posse
desineret terrere fluminibus: quem sciret maria trāsisse. Reges quidē iuicem hæc scri
pserāt. Sed rhodii urbem suam: portusq; debebant alexandro. Ille Ciliciā Socrati tra
diderat: Philota regioni circa tyx iusso præsidere. Syriam: quæ cæle appellatur: An
dromacho parmenio tradiderat: ab illo: quod supererat: iter facturum. Rex Ephesiōe
phœnicis oram classe præteruehi iusso: ad urbē gazam cū omnibus copiis uenit. Ili

*ignorare. l. darinū
alexandrum. uerūq;
an. p. spiritus huius
ahas. de de bant.*

Ludicrū dem fere diebus solēne erat ludricū Isthmior: quod conuētū totiūs græciæ celebrat
Isthmio. In eo concilio: ut sunt græcorum temporalia ingenia decernunt) ut duodecim delega
rent ad regem: qui ob res pro salute græciæ ac libertate gestas: coronā auream donū
uictoriae ferrēt. Ii de paulo ante incertæ famæ captauerant auram: ut quocunq; pen

*ingenia tempora
lia dicunt illa que
temporibus inser
unt. ita ut an
ipsi quoq; faneant
quoz huius huius
modi sunt ingenia*

Loca i di dentes animis tulisset: fortunam sequerēt. Cæterz nō ipse modo rex obibat urbes im
tionē ale perū iugum adhuc recusantes: sed prætores quoq; ipsius egregii duces plaraq; inua
xādri re ferant. Chalas paphlagoniam. Antigonus lycaoniam. Balacrus Idarnæ prætoze Da
dacta. rii superato duo milia militum cœpit. Amphoterus & Egilogus centum sexaginta na
uium classe insulas inter Achaïam: atq; in ditionem alexandri redegerunt. Tenendon

*an. ut
an fama
eidem
faneat
regi.*

quoq; hostium receptaculū incolis ultro uocantibus statuerant occupare. Sed phar
nabazus Darii prætor com præhensis: qui res ad macedonas trahebant: rursus Apol
lonidī & Athanagoræ suarum partium uiris urbem cum modico præsidio militū tra
didit. Præfecti Alexandri in obsidionem urbis perseuerabant: non tam suis uiribus: q̄
ipsoz qui obsidebantur uoluntate: nec sefellit opinio: nāq; inter Apollonidem &
duces militum orta seditio irrumpendi in urbem occasionem dedit. Cumq; porta ef
fracta cohors Macedonum intrasset: Oppidani olim consilio proditionis agitato ag
gregant se: Amphotero & Egilago: persarumq; præsidio cæso Pharnabazus cū Apol
lonide & Athanagora uincti traduntur. xii. triremes cum suo milite ac remige: præter
eas triginta naues & Pyratice lembi: græcorumque tria milia a persis mercede con
ducta. His in supplementum copiarum suarum distributis: pyraticeque supplicio

*oppidani agregant se am
photero et egilogo.*

Aristoni affectis: captiuos remiges adiecere classi suæ. Forte Aristonicus Medimeorum Ty
cus tyrā rannus cum pyratice nauibus ignarus omnium: quæ ad Chium acta erant: pri
ma uigilia ad portus claustra successit. Interrogatusque a custodibus quis esset. Ari
stonicum ad Pharnabazum uenire respondit. Illi Pharnabazum quidem iam quie
scere: & non posse tum adiri: cæterum patere socio atque hospiti portum: & poste

*pirata. est laro
marinis ergo
piratice lembi
i. milites pira
tarum quos
piratas habent
ad rapendam*

cum py ronicis. scere: & non posse tum adiri: cæterum patere socio atque hospiti portum: & poste

*quod dicitur in
quatuor uicibus
quaz quolibet
conuincit tres bonas*

*pirata. est laro
marinis ergo
piratice lembi
i. milites pira
tarum quos
piratas habent
ad rapendam*

*quod dicitur in
quatuor uicibus
quaz quolibet
conuincit tres bonas*

*quod dicitur in
quatuor uicibus
quaz quolibet
conuincit tres bonas*

*quod dicitur in
quatuor uicibus
quaz quolibet
conuincit tres bonas*

*regiones
alexander
regis
alexander
regis*

*duodecim
In primo finium suorum aditu occurreret regi. Porus alterum ex his facturum sese respondit; ut intranti regnum suum praesto esset; sed armatus. Iam hidaspem Alexander superare decreuerat; cum barzētis defectionis auctor uinctus, xxxq; elephantum simul capti perducuntur; opportunum aduersus idos auxilium; quippe plus in baelluis quam in exercitu spei ac uirium illis erat. Gamaxusq; rex exiguae partis in dorum; qui barzentis se coniunxerat uinctus adductus est. Igitur transfuga & regulo in custodiam; Elephantis autem Taxili traditis ad amnem hidaspem puenit: In cuius ulteriore ripa Porus confederat transitu prohibiturus hoste. lxxxv. elephantos obicerat eximio corporum robore; ultraq; eos currus, ccc. & peditum, xxx. fere milia: In quibus erant sagittarii sicut antedictum est grauioribus telis; qua ut apte excuti possent. Ipsum uehebat elephanta super caeteras baelluas eminens; armataq; auro & argento distincta corpus rarae magnitudinis honestabant: Par animus robori corporis & quanta inter rudes poterat esse sapientia. Macedonas non conspectus hostium solum; sed etiam fluminis quod transeundum erat magnitudo deterrebat. Quattuor in latitudine stadia diffusum; profundo alueo & nusquam uada aperiete; speciem uasti maris fecerat. Nec pro spacio aquarum late stagnantium impetum cohercebat. Sed quasi in arcu coeuntibus ripis & torrens & elisus ferebatur; occultaq; laxa inesse ostendebant pluribus locis unda reuerberata. Terribilior erat facies ripae; quam equi uiriq; compleuerant. Stabant ingentes uastorum corporum moles; & de industria irritata horredo stridore aures fatigabant. Hinc hostis hinc amnis capacia quae bonae spei pectora & saepe se experta improviso tamen pauore percusserant; quippe instabiles rates nec dirigi ad ripam; nec tuto applicari posse credebant. Erant in medio amne insulae crebrae; in quibus & indi & macedones nantes leuatis super capite armis transibant. Ibi leuia praelia commiserant; & uterq; rex paruae rei discrimine summa experiebatur euentum. Caeterum in macedonum exercitu temeritate atq; audacia insignes fuere Symmachus & Nicanor nobiles iuuenes; & perpetua partium felicitate ad spernendum omne periculum accelsi. Quis ducibus propiusissimi iuuenum lanceis modo armati transnauere in insula; quam frequenter hostis tenebat; multosq; indomitos nulla re magis quam audacia armati interemerunt. Abire cum gloria poterat; si unquam temeritas infelix inueniret modum. Sed dum superuenientes contemptim & superbe quoque expectant; circumuenti ab his; qui occulti enata uerant eminus obruti telis sunt. Qui effugerant hoste; aut impetu amnis ablati sunt; aut uerticibus impliciti. Ea quoque pugna multum fiduciam Porum erexit cuncta cernentis e ripa. Alexander inops consilii tandem ad fallendum hostem tale dolum intendit. Erat insula in flumine amplior caeteris; siluestris eadem & tegedis insidiis apta. Fossa quoque praetallata haud procul ripa; quam tenebat ipse; non pedites modo; sed etiam cum equis uiros poterat abscondere. Igitur ut a custodia huius opportunitatis oculos hostium aperte ret; Ptolemaeum cum omnibus turmis obequitare iussit procul ab insula; & subinde indos clamore terrere quasi flumen transnaturus foret. Per complures dies Ptolemaeus id fecit; eoq; consilio agmen Porum suum ei parti; quam se petere simulabat; coegit aduertere. Iam extra conspectum hostis insula erat. Alexander in diuersa parte ripae statui suum tabernaculum iussit; assuetamq; comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum stare; & omnem apparatus regiae magnificentiae hostium oculis de industria ostendi. At talum & aequalem sibi & haud disparem habitu oris & corporis utiq; cum procul uiseretur; ueste regia exornat praebiturum speciem ipsum regem illi ripae praesidere; nec agitare de transitu. Huius consilii effectum primo morata tempestas est; mox ad

al. barzaemis.
al. azacofis.

ad. al. ac.

Barzētis
uinctus ad
alex. pdu
citur.
Gamaxus
rex.
Porus rex
Hidaspis
latitudo.

Symmachus
Nicanor

Alexander
dolum.

al. hegesimachus.
p. miderat alex.
et videtur.

nan miderat cu cosecur est
maz miderat; andauer
in sagiabiliterq; omnes esse
qui mult.

al. amplior
ceteris.

al. porum quoq; agmen
suum.
al. auertere

al. sam.
xv.

collo
cari.

iuuit: incōmoda quoq; ad bonos euentus uertente fortuna. Traicere amnem cum ca-
 teris copiis in regionē insulæ de qua antedictum est parabat: auerso hoste i eos qui cū
 Ptolomæo inferiorē obsederant ripā: cū procella imbrē uix sub tectis tollerabilē effu-
 dit. Obrutiq; milites nymbo in terram refugerunt: nauigiis ratibusq; desertis. Sed tu-
 multuantū fremitus obstrepentibus uentis ab hoste non poterat audiri. Deinde mo-
 mento tēporis repressus est imber. Cæteræ adeo spissæ intendere se nubes: ut conderēt
 lucē: uixq; colloquentū inter ipsos facies nosciturēt. Terruisset aliū obducta nox cœ-
 lo: cū ignoto amne nauigandū esset: forsitan eam ipsam ripā quā cæci atq; iprouidi &
 ex periculo gloriā accerlerent occupandā: obscuritatē: quæ cæteros terrebat: suam oc-
 casionē ratus: dato signo ut omnes silentio ascenderent in ratem: eam qua ipse ueheba-
 tur primam iussit expelli. Vacua erat ab hostibus ripa quæ petebatur: quippe ad hęc
 Porus Ptolomæū tantū intuebatur. Vna ergo nauis quam Petræ fluctus illiserat hæ-
 rente cæteræ euadunt. Armaq; capere milites & ire in ordinem iussit. Iamq; agmen in
 cornua diuisum ipse ducebat: cum poro nuntiatur armis uirisq; ripam obtineri: & re-
 rum adesse discrimen. Ac primo humani ingenii uitio spei suæ indulgens: Abiasarem
 belli socium & ita conuenerat aduentare credebat. Mox liquidiore luce aperiente ho-
 stem. c. quadrigas & .iiii. milia equitum uenienti agmini Porus obiecit. Dux erat co-
 piarum: quas præmisit Hagas frater ipsius. Summa uirium in curribus: senos uiros
 singuli uehebant: duos clypeatos duos sagittarios ab utroque latere dispositos: cæteri
 aurigæ erant haud sane inermes: quippe iacula complura ubi cōminus præliandum
 erat ommissis habænis in hostem ingerebant. Cæterum uix ullus usus huius auxiliij eo
 die fuit. Nanq; (ut supradictum est) imber uiolentiū quam alias fusus campos lubri-
 cos & inequitabiles fecerat. Grauesq; & propemodum immobiles currus illuuiē & uo-
 ragine hærebant. Contra Alexander expedito ac leui agmine strenue inuectus ē. Scy-
 thæ & dacæ primi omnium inuasere indos. Perdicam deinde cū equitibus in dextera
 cornu hostiū emisit. Iā undiq; pugna se mouerat: cū ii qui currus agebant: Illud ulti-
 mū auxiliū suorū rati effulis habænis in mediū discrimē ire cœperūt. Anceps id malū
 utrisq; erat. Nam & macedonum pedites primo impetu obterebantur: & per lubrica
 atq; inuia immissi currus excutiebant eos a quibus regebantur. Aliorū turbati equi non
 in uoragines modo lacunasq; sed etiā in amnē præcipitauerunt curracula. Pauci tamen
 hostium exacti penetrauerunt ad Porū accerrime pugnam cientem. Is ut dissipatos to-
 ta acie currus uagari sine rectoribus uidit: proximis amicorum distribuit elephantos.
 Post eos posuerat pedites ac sagittarios tympana pulsare solitos. Id pro cantu tubarū
 indis erat: nec strepitu eorum mouebantur olim ad notum sonum auribus mitigatis.
 Herculis simulacrum agmini peditum præferebatur. Id maximum erat bellantibus
 incitamentum: & deseruisse gestantes militare flagitium habebatur: Capitis etiā san-
 xerant pœnam iis qui ex acie non rettulissent: metu quem ex illo hoste quondam con-
 ceperāt: etiam in religionem uenerationemq; conuerso. Macedonas non balluarū mo-
 do: sed etiam ipsius regis aspectus parumper inhibuit. Belluæ dispositæ inter arma-
 tos speciem turrium procul fecerant. Ipse Porus humana magnitudinis propemodū
 excesserat formam. Magnitudini Pori adiciere uidebatur ballua: qua uehebatur: tan-
 tum inter cæteras eminens: quanto aliis ipse præstabat. Itaq; Alexander contemplat⁹
 & regem & agmen indorum: tandem inquit par animo meo periculum uideo. Cum
 bestis simul & cum egregiis uiris res est. Intueniq; Coenon: Cum ego inquit Ptole-
 mæo Perdicaq; & Ephestione comitatus in leuum hostium cornu impetum fecero

Alex. iul. ad huc
 teriore ri-
 pā traie-
 cit exerci-
 tum.

Hagas
 dux copi-
 arū pori. ab. al. ab utroq;
 latere dispositi
 aurigæ erant.
 ceteri 27.

Prælium
 comitū.

Tympana.
 Herculis
 simulacrum
 præferebat
 indis.

non sic mens animus
 capax magnæ res
 na cæ hoc periculum.

Ordo alexandri in agmine suo rectorumque eorum usum esse potuerunt: deturbate eos qui uehantur: & ipsas confodite. Anceps genus auxilii est: & in suos acius furit. In hostem enim imperio: in suos pauore agitur. Hac elocutus concitat equum primus. Iamque (ut destinatum erat) iuaserat ordines hostium: cum Coenus ingenti uel in leuissimum cornu inuehitur. Phalanx quoque in mediam indorum aciem uno impetu prorumpit. At Porus: quae equitem inuehi senserat: belluas agi iussit. Sed tardum & pene immobile animal equorum uelocitatem aequare non poterat. Nec sagittarum quidem ullus erat barbaris usus: quippe longae & praegraues nisi prius in terra statuerent arcum: haud satis apte & comode inponunt. Tum humo lubrica & ob id impediendo conatum molientes ictus celeritate hostium occupantur. Ergo spreto regis imperio: quod fere fit: ubi turbatis acius metus: quam dux imperare coepit: totidem erant imperatores: quot agmina errabant. Alius iungere acies: alius diuidere: stare quidam: & nonnulli circumuehi terga hostium iuebant. Nihil in medium consulebatur. Porus tamen cum paucis: quibus metu potior fuerat pudor colligere dispersos: obuius hosti ire pergit: elephantosque ante agmen suorum agi iubet. Magnum belluae iniecere terrorem: insolitusque stridor non equos modo (tam pavidum ad omnia animalia) sed uiros quoque ordinesque turbauerat. Iam fugae circumspectiebant locum pauloante uictores: cum Alexander agrianos & thracas leuiter armatos meliore concursatione quam cominus militem emisit in belluas. Ingentem uim telorum iniecere & elephantis & regibus eos. Phalanx quoque instare constanter territis coepit. Sed quidam auidius persecuti belluas in semet irritauere uulneribus. Obruti ergo pedibus earum: ceteris ut parcius instarent: fuere documentum. Praecipue terribilis illa facies erat: cum manu arma uirosque corripere: & super se regentibus traderent. Anceps ergo pugna nunc sequentium: nunc fugientium. Elefantos in multum diei uariu certamen extraxit: donec securibus (id namque genus auxilii praeparatum erat) pedes amputare coeperunt. Copidas uocant gladios leuiter curuatos falcibus similes: quis appetebant belluarum manus. Nec quicquam inexpertum non mortis modo: sed etiam in ipsa morte noui supplicii timor omittebat. Ergo elephantum uulneribus tandem fatigati suos impetu sternunt: & qui reixerant eos: praecipitati in terram ab ipsis obterebant. Itaque pecorum modo magis puidi: quam infesti ultra aciem exigebantur: cum Porus destitutus a pluribus tela multo ante praeparata in circumfusos ex elephanto suo coepit ingerere: multisque eminus uulneratis expositus ipse ad ictus undique petebat. Nouem iam uulnera hinc tergo: illinc pectore exceperat: multoque sanguine profuso languidis manibus magis elapsa: quam excussa tela mittebat. Nec segnius bellua instincta rabie nondum saucia inuehebatur ordinibus: donec rector belluae regem conspexit fluentibus membris omissisque armis uix compotem mentis. Tum belluam in fugam concitat sequente Alexandro. Sed equus eius multis uulneribus confossus deficiensque procubuit posito magis rege: quam effuso. Itaque dum equum mutat: tardius insecutus est. Interim frater Taxilis regis indorum praemissus ab Alexandro monere coepit Porum ne ultima experiri perseveraret: dederetque se uictori. At ille quamquam exhausta erat Porus tauires: deficiebatque sanguis: tamen ad notam uocem excitatus agnosco inquit Taxilis fratrem imperii regniue sui proditorem: & telum quod unum forte non effuderat contorsit in eum: quod per medium pectus penetrauit ad tergum. Hoc ultimo

al. no inmecha
uini in me
diam aciem
sed urgebi
tis fronte?

periculo su?

i. in commun. i. ad

barritus emox
elephantoz

elephantum
stridore
equos &
hoies ter
rebant.

rostrum elepha
torz dicit pro
boxis.
al. uic sequentium
fugientium
elephantos.

Manus ele
phantorum
Copidas

exi. al. erige
bant.

Indi ex e
lephantis
praecipit

aggr. cos.
belluas.
ord. p. chiti.
egtes alex.
sagitte.
parates.
p. m. m.
i. q. nos p. d. z. co. p. u. l. e. r. a. t. p. o. t. i. s. a. d. p. u. e. n. i. a. s. q. u. i. m. u. t. f. u. g. a. m.
i. barrit. s.
m. p. o. u. l. o. s.
m. a. g. n. a. z. c. o. p. i. s. s. i. m.
p. a. n. c. i. s. t. e. m. o. t. i. s.
o. a. s.
r. o. s. t. r. o. r. e. t. o. r. u. m.
i. m. a. c. e. d. o. r. u. m.
p. r. o. l. o. n. g. a. n. i. s.
m. a. c. e. d. o. r. u. m.
r. o. s. t. r. a.
i. s. t. r. o. z. e. l. e. p. h. a. n. t. o. z.
p. r. o. i. a. n. t. i.
e. l. e. p. h. a. n. t. i.
i. e. x. p. e. l. e. b. a. t.
m. a. c. e. d. o. r. u. m.
m. i. l. i. t. i. a. m.
f. e. r. i. a. b. o. s.
i. n. s. t. a. m. m. l. a. t. a.
r. e. d. u. r.
d. e. b. e. l. i. t. a. t.

uirtutis opere ^{facto} adito fugere acrius cœpit. Sed elephantus quoq; qui multa exceperat
 ræla deficiebat. Itaq; ^{lanonchar} sistit fugam; peditemq; sequenti hosti obiecit. Iam Alexander cō
 secutus erat: & pertinacia Pori cognita: uetabat resistebus parci. Ergo undiq; & ipe
 dices & in ipsum Poræ ræla congesta sunt: quis tantū grauatus labi ex bællua cœpit. In Pori ele
 dus qui elephantū regebat descēdere eū ratus; more solito elephantū procūbere iussit phas ius
 i genua; qui ut se sūmisit: cæteri quoq; ^{claphans} (ita. n. instituti erant) dimisere corpora in terrā. sus p̄cū
 Ea res & Poræ: & cæteros uictorib; tradidit. Rex spoliari corp; pori interemptū eē cre bere i ge
 dens iussit: & qui detraherēt loricā uesteq; cōcurrere: cū bællua dominū tueri & spo. nua.
 liantes cœpit appetere: leuatūq; corp; eius rursus dorso suo iponere. Ergo tælis un. Elephas
 diq; obruit: compolitoq; eo iuehiculū porus iponit. Quē rex ut uidit alleuantē ocu. poræ tueri
 los nō odio: sed miseratione cōmotus quod malū inquit / q̄ amentia te cogit rex; mearū cœpit.
 cognita fama belli fortunā experiri: cū Taxilis esset i deditos clamētia mea / tam pro Porus ca
 pinquo tibi exēplum. At ille quoniā iquit percunctaris: respōdebo ea libertate: quam ptus pdu
 iterrogando fecisti. Nemine me fortiorē esse cēsebam. Meas. n. noueram uires nōdū citur.
 expertus tuas: fortiorē esse te belli docuit euetus. Sed ne sic quidē paræ felix sum / secū Poræ ale
 dus tibi. Rursus iterrogatus quid ipse uictorē statuere debere cēseret: quod hic iquit respōdet.
 dies tibi suadet: quo expertus es: quā caduca fœlicitas eēt. Plus monēdo profecit: quā
 si præcatus eēt: quippe magnitudinē animi eius iteritā ac ne fortunā quidē infractam Alex. libe
 nō misericordia modo: sed etiam honore excipere dignatus ē. Aegrū curauit haud se ralitas in
 cus: quā si pro ipso pugnasset. Confirmatū cōtra spē oīum / i amicorū numer; recepit. Porum.
 Mox donauit ampliore regnō: quam tenuit. Nec sane quicq; ingeniū eius solidius aut
 constātius habuit: quā admirationē ueræ laudis & gloriæ: Simplicius tamē famā æsti
 mabat i hoste: q̄ i ciue: quippe a suis credebat magnitudinē suā destrui posse. Eandē
 clariorē fore: quo maiores fuissent: quos ipse uicisset.

nihil
magis
optami
nt oes
lauda
vnt ipm
et suam
actur at
tur.

i. malebat agere simplicig
in hostes q̄ in suos. i. maleba
landari ab hostib; q̄ a suis.

Q. CVR TII DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS
 MACEDONVM LIBER OCTAVVS.



ALEXANDER Tam memorabili uictoria lætus qua sibi orientis fines
 apertos esse censebat. Soli uictimis caelis milites quoq; quo promptio
 ribus animis reliqua belli munia obirent: pro concione laudatos docuit
 quicquid indis uirium fuisset: illa dimicatione prostratū. Cæteram opi
 mam prædam fore: celebrataq; opes in ea regione eminere quam pete
 rēt. Proinde iam uilia & obsoleta eē spolia de persis: gēmis margaritisq;
 & auro atq; ebore macedoniam grāciamq; nō suas tantum domos repleturum. Auidi
 milites & pecuniæ & gloriæ simul: quia nunq; affirmatio eius fefellerat eos: pollicetur
 operam: dimissisq; cum bona spe nauigia exadificari iubet: ut cum totam Asiam pcur
 rissent: finē terrarum mare inuiseret. Multa materia naualis i proximis montib; erat: dinis inu
 quam cedere aggressi magnitudinis inusitata reperere serpētes. Rhinoceros quoq; sitata. greca dicunt rhino
 ceos. i. corum in na
 rarum alibi animal in hisdē montibus erant. Cæterum hoc nomē bælluis eis inditum Rhinoc
 a grecis sermonis eius ignari aliud lingua sua usurpant. Rex duabus urbibus cōditis rotes a
 i utraq; flumis / quod superauerat / ripa: copias duces coronis & mille aureis singulos grācis
 donat. Cæteris quoq; pro portione aut gradu: quæ in amicitia obtinebant; aut nauata ab aliis
 opera honos habitus est. Abiatares qui prius quam cum Poro dimicaretur legatos aliter
 ad Alexandrum miserat; rursus alios milit; pollicētes omnia factur; quæ imperasset; appellat

i. prom
uig qd
nabari
rat. i. p̄ buerat
opera; p̄gnat

nauo. operam. portar obra. orrabat.

Milites modo nō cogere corpus suū dedere. Neq. n. aut sine regio imperio uictus: aut regna
 donant a rege. Cui Alexander nūtiari iussit: si grauares ad se uenire: ipsum ad eum
 esse uenturū. Hinc Poro amneq. superato ad interiora india processit. Siluæ erant p
 pe in imensum spatiū diffusæ: procerisq. & i eximiā altitudinē editis arborib. umbro
 sâ. Plurimiq. rami instar ingentiū stipitū flexi in humū: rursus qua se curauerant erige
 bant: adeo ut spes esset non rami resurgētis: sed arboris ex sua radice generata. Cœli
 tēperies salubris: quippe & uim solis umbræ leuāt & aquæ largæ manantes fontibus.
 Cæteræ hic quoq. serpentiū magna uis erat: quam fulgorē auri reddentibus. Virus
 haud ullū magis noxiū est: quippe morsum p̄sens mors sequebat: donec ab incolis
 remediū oblatum est. Hinc per deserta uentū est ad flumē hiarotim. Iunctū erat flu
 mini nemus opacum arboribus alibi inusitatis agrestiumq. pauonū multitudinē fre
 quens. Castris inde motis oppidū haud pcul positum corona capit: oblidibusq. acce
 ptis stipendiū imponit. Ad magnā deinde (ut est in ea regione) urbē peruenit nō mu
 ro solū: sed etiam palude munitam. Cæteræ barbari uehiculis inter se iunctis dimicatu
 ri occurrerūt. Aliis tæla: aliis hastæ: aliis secures erant: Transliebātq. in uehiculari
 stre
 nuo saltu: cū succurrere laborantib. suis uellent. Ac primo insolitū genus pugnae ma
 cedonas terruit: cū eminus uulnerarent. Deinde spreto tā incondito auxilio: ab utroq.
 latere uehiculis circūfusi repugnantes fodere cœperunt. Et uincula: quis cōserta erāt
 iussit incidī: quo facilius singulā circūuenirent. Itaq. viii. suoz amissis in oppidū re
 fugerunt. Postero die scalis undiq. ad motis muri occupant. Paucis pernicitas saluti
 fuit: qui cognito urbis excidio paludem transnauere. In uicina oppida ingentem intu
 lere terrorem: iunctum exercitum & decoz profecto aduenisse memorantes. Alexan
 der ad uastādam eam regionē Perdica cum expedita manu misso partem copiar. Eu
 meni tradit: ut is quoq. barbaros ad deditiōem compelleret. Ipse cæteros ad urbē ua
 lidam: i quam aliarum quoq. cōfugerant incolæ duxit. Oppidani missis qui regē dep
 carent: nihilomin. bellū parabāt: q. ppe orta seditio in diuersa consilia deduxerat uul
 gum. Alii oia deditiōe potiora: quidam nullā opem i ipsis eē ducebāt. Sed dum nihil i
 cōmune cōsulit: qui deditiōi iminebāt apertis portis hostē rēcipiūt. Alexāder q. bel
 li auctorib. iure poterat irasci: tamē omnibus uenia data: & obsidib. acceptis ad pxi
 mam deide urbē castra mouit. Obsides ducebāt ante agmē: Quos cū e muris agno
 uissent utpote gētis eiusdem i colloquium cōuocauerūt. Illi clamētiam regis simulq.
 uim cōmemorādo ad deditiōem eos cōpulere. Cæterasq. urbes simili modo deditas i
 fidem accepit. Hinc i regnum sophitis peruētū est. Gens (ut barbari credunt) sapien
 tia excellit: bonisq. morib. regit. Genitos liberos nō parentū arbitrio tollūt alitq. sed
 eoz quibus spectandī infantum habitum cura mandata est. Si quos segnes aut aliqua
 membror. parte iutiles notauerūt: necari iubent. Nuptiis cōeūt nō genere ac nobilita
 te cōiūctis: sed electa corpor. specie: q. eadem æstimatur i liberis. Huius gentis oppi
 dū cui Alexāder admouerat copias: ab ipso Sophite obtinebat. Clausæ erant portæ:
 sed nulli i muris turribusq. se armati ostenderant. Dubitabantq. macedones deseruis
 Rex alex. sent ne urbem icolæ: an fraude se occulerent. Cū subito patefacta porta rex idus cum
 occurrit duobus adultis filiis occurrit: multū inter omnes barbaros eminens corporis specie.
 Regia ue Vestis erat auro purpuraq. distincta q. etiā crura uelabat. Aureis soleis iseruerat gem
 mas. Lacerti quoq. & brachia margaritis onerata erāt. Pendebāt ex auribus insignes
 cādore magnitudine lapilli. Baculū aureū berilli distinguebat. Quo tradito pcat. ut
 Canes. solpes acciperet: se liberosq. & gentem suam dedidit. Nobiles ad uenādum canes i ea

al. in unum
species.

incolæ doctissimi
ve medicum.

ut solueret tri
butum.

al. transfugeret in uicina
oppida.

al. dicebant. al. deducebat

in uelut a
mune.

sophitis et
ct gens.

lacerti sunt aco
bito manuz nec
sus: reliquum bra
chium dicitur.

posse uinere.

clarasie

in flexorāt

al. cur
nam
nat.

venenum.

militari. i. multitudine in
militari. i. multitudine in

ab uno in alio

quibus

celeritas

exornatur

exornatur

al. dicitur
dixit
nat.

obsides

in coler. fili. totiq. corp. parib.

cōiūctis

excolens

calceamentis

habebat
calceos
gemmas

gemmas

baculo

o solpes.

regione sunt. Latratu abstinere dicunt cū uidere feram: leonibus maxime infestis: ho-
 rum uim ut ostēderet Alexandro: in cōspectu leonē eximia magnitudinis iussit emit. ad uenan-
 ti: & .iiii. omnino ad moueri canes: qui celeriter occupauerūt ferā. Tum exiis q̄ assue dum.
 uerant talib⁹ ministeriis/ unius canis leonī cū aliis inhæretis crus auellere: & q̄a uon se Canes le-
 quebat: ferro amputare cœpit. Ne sic qdē p̄tinacia uicta/ rursus aliā partē secare iustit ones occi-
 & inde nō segnius inhærentē ferro subinde cedebat. Ille in uulnere feræ dentes mori-
 bundus quoq; infixerat. Tantā in illis animalib⁹ ad uenādum cupiditatē ingenerasse
 naturā/ memoriæ p̄ditū ē. Equidem plura transcribo: q̄ credo. Nam nec affirmare su-
 stineo de quib⁹ dubito: nec subducere quæ accepi. Relicto igit̄ Sophite in suo regno
 ad fluuiū hypasin processit. Ephestione: qui diuersam regionē subegerat coniuncto. Phegelis
 Phegelis erat gētis p̄xime rex: q̄ popularib⁹ suis colere agros ut assueuerāt/ iussis: Ale rex Alex.
 xandro cū donis occurrit. Nihil quod imperaret detractās: biduū apud eum substitit occurrit.
 Rex tertio die amnē supare decreuerat transitu difficilē non spatio solum aquarū: sed
 etiā saxis impeditū. Percūctatus igit̄ phegelā quæ noscēda erāt. xi. dierū ultra flumen
 per uastas solitudines iter esse cognoscit. Excipere deinde Gangē maximū totius idia Gangari
 fluuiū. Vltiores ripas colere gētes gangaridas & pharrasios: eorūq; regē eē Aggrā da.
 mē. xx. milia equitū. ccq; peditū oblidētē uias. Ad hæc quadrigarū. ii. milia trahere: Pharrasii
 & p̄cipuū terrorē/ Elephātos: quos .iiii. miliū numero explere dicebat. Incredibilia Aggram
 regi oīa uidebant. Igit̄ Porū (nam cum eo erat) p̄cunctat̄ an uera essent: quæ diceret me rex &
 Ille uires quidē gētis & regni haud falso iactari affirmat. Ceterū qui regnaret n̄ modo ei⁹ copiaz
 ignobilē eē: sed etiam ultimæ sortis: q̄ppe patrē eius tonforē uix diurno quæstu ppul-
 santem famē/ p̄pter habitū haud indecorū cordi fuisse reginæ. Ab eā propiorem eius
 qui tamen regnasset amicitiaz locū admotum. Interfecto eō per inlidias/ sub spē tute
 læ liberū eius/ inuasisse regnum: nec atq; pueris hunc qui nūc regnat generasse iuisū
 uilem q; popularib⁹ magis pater næ fortunæ q̄ suæ memorem. Assertio porū multi-
 plicem animo regis inierat curam. Hostē balluasq; spernebat: sitū locorū & uim flu-
 minū extimescebat. Relegatos i ultimū p̄cne rerū humanarū persequi terminū & eru-
 ere/ arduū uidebat: rursus auaritia/ gloria: & insatiabilis cupido famæ nihil inuiū: nihil
 remotū uideri sinebat. Et iterdum dubitabat: an macedones/ tot mēsi spatia terrarū/ in-
 acie & in castris senes facti/ per obiecta flumina/ per tot naturæ obstantes difficultates/
 secuturi essent. Abūdantes onustosq; præda/ magis parata frui uelle q̄ ad quarendam
 fatigari. Nō idē sibi & miliibus animi esse. Se totius orbis imperiū mēte cōplexū/ ad-
 huc in operū suorū primordio stare. Militem labore defatigatū: proximū quemq; fru-
 ctum/ finito tamen periculo expetere. Vicit ergo cupido rationem: & ad cōcionē uo-
 catis militibus ad hunc maxime modū disseruit. Nō ignoro milites: multa quæ terre Alex. oīo
 re uos possent ab incolis india phos dies de industria esse iactata. Sed nō est improuisa
 uobis mētientium uanitas. Sic Ciliciae fauces: sic Mesopotamia campos. Tygrin &
 Euphratē: quorum alter uado transiuimus: alter ponte/ terribilē fecerāt peria. Nūq̄ Nunq̄ ad
 ad liquidum fama perducitur. Omnia illa tradente maiora sunt uero. Nostra quoq; liquidum
 gloria cum sit ex solido: plus tamē habet nominis q̄ operis. Modo quis balluas offerē fama pdu-
 tes mœnium speciem: quis hydaspen amnē: quis cætera auditu maiora: q̄ uero sustine citur. al. nera.
 re posse credebat: Olim Hercule fugissemus ex Asia: si nos fabulæ debellare potuis-
 sent. Creditis ne elephantorū greges maiores esse: quam usq; armentorū sunt: cū & ra-
 rum sit animal: nec facile capiatur: multoq; difficilius mitigatur. At qui eadē uanitas
 copias peditum equitumq; numerauit. Nam flumen quo latius fufum est: hoc placi

timidum canes
 uehementius
 latrare q̄ morderi
 sed hi nō crāt h̄m

quidam ministrator canum.

canis

cruris

canes

canis

moxiens

ex alijs scripserunt

ex mure

alex

nihil debello agerent

magnum

apramen max regē
 in die uatim exton-
 fore.

al. quos p̄p. milia
 numerum explere
 dicebant.

ostentari

nonforē

placuisse

regina

sub specie

i. officij pater n̄i. q̄ malebat eē tonforē rex.

edancere.

al. gloriæ. ut sit auaricia
 gl̄s.

al. paria.

e me uole procul ad
 querētū meliorem.

quorū alter uado: alter n̄m ponte
 fecerant terribilem q̄ s̄.

al. ponte. et terri-
 bilem zō

veritate

al. nera.

tres causē q̄c greges elephantorū
 uniorēs paucioresq; sunt q̄
 aliorū armentorū.
 s̄. rari at. nō fa-
 cile capiunt neq; fa-
 cile mitigant.

al. atq;

ripas

porū

uicē
 cenar.

oīa
 hec
 secū
 cupi
 tabat
 alex.

uasi
 us.

onu
 sit
 ra.

uasi
 uo
 menti
 timu.

ita sint in diuina se habere tot milia tot elephatos tot vires et in nihil valeat
cauc in timidum fortius latrare q̄ morderē.

al. stagnat.

al. cursu.

dius stagnat: quippe angustis ripis coercita: & in angustiore alueum elisa: torrentes
aqua iuehūt. Contra statio aluei/legnior cursus ē. Præterea in ripa omne periculū ē:
ubi applicantes nauigia hostis expectat. Ita quantūcūq; flumen iteruenit: idē futurū
discrimē ē euadētū in terrā. Sed oīa ista uera esse fingamus. Vtrūne uos magnitudo
bælluarū an multitudo hostiū terret? Quod pertinet ad elephatos præsens habemus
exēplum: in suos uehæmētius: quā in nos incurrerūt. Tā uasta corpora securibus fal-
cibusq; mutilata sunt. Quid autē interest totidē sint: quot Porus habuit: an tria milia
cū uno aut altero uulneratis? Cæteros i fugam declinatūri uidemus. Deinde paucos
quoq; & incōmode regunt. Congregata uero tot milia ipsa se elidūt: ubi nec stare: nec
fugere potuerint inhabiles uastorū corporū moles. Equidē sic aīalia ista contempsi: ut
cū haberē ipse nō opposuerim: satis gnarus plus suis: q̄ hostibus periculi inferre. At
enī equitū peditūq; multitudo uos cōmouet: cū paucis. n. pugnare soliti estis: & nunc
primū incōditam sustinebitis turbā? Testis aduersus multitudinē inuicti macedonū
roboris Granicus amnis: & Cilicia inūdata cruore persarū: & Arbella: cuius cāpi de-
uictorū a nobis ossibus strati sunt. Sero hostiū legiones numerare cœpistis: posteaq;
solitudinē in Asiam uincēdo fecistis. Cū per hellepontū uauigaremus: de paucitate
nostra cogitandū fuit. Nunc nos Scythæ sequūt. Bactriana auxilia præsto sunt. Da-
cæ Sogdianiq; inter nos militant. Nec tamē illi turbæ confido. Vestras manus itueor
uestram uirtutē/ res quas gesturus sum: uadē prædemq; habeo. Quādiu uobiscum i-
acie stabo: nec mei: nec hostiū exercitus meminero. Vos modo animos mihi plenos
alacritatis ac fiduciæ adhibere. Non in limine operū laborūq; nostrorū: sed in exitu sta-
mus. Peruenimus ad solis ortū & oceanū: nisi obstat ignauia: idē uictores perdomito
sine terrarū reueteremur in patriā. Nolite (quod pigri agricolæ faciunt) maturos fru-
ctus per inertia emittere e manibus. Maiora sunt piculis præmia: diues eadē & ibellis
ē regio. Itaq; non tam ad gloriā uos duco: q̄ ad prædā. Digni estis: qui opes quas illud
mare littoribus inuehit referatis in patriā. Digni: qui nihil in expertū: nihil metu omis-
sum relinquatis. Per uos gloriāq; uestrā qua humanū fastigiū exceditis: perq; & mea
in uos & in me uestra merita: quibus inuicti contendimus oro quæloq; ne humanarū
res terminos adeuntē alumnū cōmilitonēq; uestrū ne dicā regē/ deseratis. Cætera uo-
bis imperaui: hoc unū debiturus sum. Et is uos rogo: qui nihil unq; uobis præcepi: q̄
primū me periculis obtuli: qui saepe acie clypeo meo texti: ne infregeritis in manib; me-
is palma: qua Hercule liberūq; patrem: si inuidia abfuerit/ æquabo. Date hoc præcib;
meis & tandē obstinatū silentiū rūpите. Vbi ē ille clamor alacritatis uestre index? Vbi
ē ille meorū macedonū uultus? Non agnosco uos milites: nec agnosci uideor a uobis.
Surdas iādudū aures pulso. Auersos aīos & in fractos excitare conor. Cūq; illi in ter-
ram dimissis capitibus tacere pseuerarēt. Nescio quid iquit: i prudēs i uos delin qui: qd
me ne itueri quidē uultis. In solitudine mihi uideor eē. Nemo respōdet: nemo saltem
negat quos alloquor. Quid aut postulo? Vestrā gloriā & magnitudinem idicamus.
Vbi sunt illi quorū certamē pauloātē uidi cōtendētū: q̄ potissimū uulnerati regis cor-
pus exciperēt? desertus destitutus sum: hostib; deditus. Sed solus quoq; ire pseuerabo
Obiicite me fluminib; & bælluis & illis gentib; quarū noīa horretis. Inueniā q̄ deser-
tum a uobis sequat. Scythæ bactrianiq; erūt mecū/ hostes pauloante: nūc milites no-
stri. Mori præstat: quā præcario iperatore eē. Ite reduces domos: ite deserto rege ouā-
tes. Ego hic a uobis desperatā uictoriæ: aut honestate mortū locū inueniā. Ne sic qdē
ulli militū uox exprimi potuit. Expectabant ut duces principesq; ad regem perferret:

al. milnerato ceteros in
fugam 27.

q̄ dicat soliti estis sep
cum plurib; hostib; pugnare.

morte et fuga.

al. prædem.

al. numero

ut uideam uos alacres.

al. amittere. in manib;

conamur que diffici-
lia sunt.

prec. qd pendeat
a uobis.

al. honeste.

2. ictu
milit re
fert sine
magno
flumine
uel pa

al. ab
dat.

ip. ab.

quos te p...
illigere.
e femi
nata.

al. qu.

al. hoc.

caud
res.

al. seq.

uulneribus & cōtinuo labore militiæ fatigatos ^{no} detractare munia: sed sustinere nō pos-
 se. Cæterū illi ^{duces alex.} metu attoniti in terrā ora defixerant. Ergo priō fremit⁹ sua sponte: deī
 de gemitus quoq; orit⁹. Paulatimq; liberius dolor erigi cœpit manantibus lachryimis
 adeo ut rex ira in misericordiā uersa: ne ipse ^{cohibere lacrimas.} qdē q̄q̄ cuperet tēperare oculis potuerit.
 Tandē uniuerſa concione effulsius flēte: Pœnus ausus ē cūctantibus cæteris propius
 tribunal accedere significans se loqui uelle. Quē ut uidere milites detrahentē galeam
 capitū (ita. n. regē alloq; mos est) hortari cœperūt ut cām exercitus ageret. Tū pœnus
 Dii prohibēt inquit a uobis impias mētes & profecto prohibēt. Idē animus est tuis:
 qui fuit sūmperire iusseris pugnare periclitari: sanguie nostro commēdare posterita
 tū tuū nomē. Proinde si perseueras inermes quoq; & nudī & exangues: ut cūq; tibi cor-
 di est: sequimur uel anteceditimus. Sed si audire uis nō fictas tuorū militū uoces: uerū
 necessitate ultima expræſſas præbe quælo propitias aures imperiū atq; auspiciū tuū
 constantissime secutis: & quocūq; pergis secuturis. Vicisti rex magnitudine rerū nō
 hostes modo: sed et milites. Quicquid mortalitas capere poterat impleuimus. Emen-
 sis maria terrasq; melius nobis: q̄ incolis omnia nota sunt. Pœne in ultimo mūdi fine
 consistimus: in aliū orbē paras ire: & indiā ^{no uam.} quæris indīs quoq; ignotā. Inter feras
 serpētēsq; degētēs ^{educere.} eruere ex latebris & cubiculis suis expetis: ut plura quam sol uidet
 uictoria lustres. Digna prorsus cogitatio animo tuo: sed altior nostro. Virtus. n. tua
 semper in cremēto erit: nostra uis in fine iam est. Intuere corpora exanguia tot p̄fossa
 uulneribus: tot cicatricibus putrida. Iam tala hæbetia sunt: iam arma deficiūt. Vestē
 p̄ficam induimus: q̄ domestica subuehi non pōt. In externū degenerauimus cultū.
 Quoto cuiq; lorica est: Quis equū habet: lube quæri q̄ multos serui ipsorū p̄secuti
 sunt: qd̄ cuiq; sup̄sit ex præda. Omniū uictores: omniū inopes sumus. Nec luxuria la-
 boramus: sed bello. Instrumēta belli consumpsimus: hūc tu pulcherrimū exercitum
 nudū obiicies bælluis: Quarū ut multitudinē augeant de industria barbari: magnū
 tamē eē numerū et ex mēdacio intelligo. Qui si adhuc penetrare in Indiā certū ē:
 regio a meridie minus uastata ē. Qua subacta licebit decurrere in illud ^{indicium.} mare: quod
 rebus hūanis terminū uoluit eē natura. Cur circuitu petis gloriam: quæ ad manū po-
 sita ē: Hic quoq; occurrit oceanus. Nisi ^{ire p̄ circuitu.} mānis errare: puenimus quo tua fortuna du-
 cit. Hæc tecū q̄ sine te cū his loq; malui: non uti inire m circūstantis exercitus gratiam
 sed ut uocē loquētū potius: q̄ ut gemitū murmurantiū audires. Ut finē orationi pœ-
 nus imposuit: clamor undiq; cū ploratu orit⁹: regē patrē dominū cōfusiū appellantiū
 uocibus. Iamq; & alii duces præcipueq; seniores: q̄s ob ætatē & excusatio honestior
 erat & auctoritas maior eadē p̄cabant. Ille nec castigare obstinatos: nec mitigare po-
 terat iratos. Itaq; inops cōsiliū desiluit e tribunali claudiq; regiā iussit oibus p̄ter asue-
 tos adire phibitis. Biduū ^{uacatione.} itē datū ē: tertio die p̄cessit regia: q. xii. aras ex quadrato sa-
 xo ^{+ appositus.} monumentū expeditionis suæ: munimēta quoq; castrorū iussit extēdi cubiliaq; am-
 plioris formæ: q̄ pro corporū habitu relinqui: ut specie omniū augeter posteritati fal-
 lax miraculū p̄parans. Hinc repetēs quæ emēsus erat: ad flumē Aceſsinē locat castra
 Ibi forte pœnus morbo extinctus ē: cuius morte ingemuit rex quidē Adiecit tamē p̄
 p̄ter paucos dies longam orationē eum exorsum: tanq̄ solus macedoniam uisur⁹ eēt
 Iam in aqua classis: quam ædificari iusserat stabat. In hac Mēnon ex thracia in sup-
 plementū equitū. vii. milia præter eos ab harpello peditū. vii. milia adduxerat: armaq;
 xxv. auro & argēto celata pertulerat: q̄s distributis uetera cremari iussit mille nauis
 giis aditurus oceanū. Discordesq; & uetera odia retractantes Porū & Taxilē/india

no detrahere.
erigi. al. egeri. i. e. fundi.
Mos allo
quēdi re-
gem.
Pœni
oratio.
quasi dicat pauci
serui secuti sui suos
dominos
qz si nō sunt tria milia
al. qd̄ si erunt certe duo
milia
Alex. ira
tus clau
dī regiā
iubet.
processit e regia.
ut posteri dicerent. mace-
dones fuisse magnos
Acessinē
flu.
Pœni
mors.

prohi-
caur anobis.
quē
tuū nomē.
Proinde si perseueras inermes quoq; & nudī & exangues: ut cūq; tibi cor-
di est: sequimur uel anteceditimus.
necessitate ultima expræſſas præbe quælo propitias aures imperiū atq; auspiciū tuū
constantissime secutis: & quocūq; pergis secuturis.
Vicisti rex magnitudine rerū nō
hostes modo: sed et milites.
Quicquid mortalitas capere poterat impleuimus.
Emen-
sis maria terrasq; melius nobis: q̄ incolis omnia nota sunt.
Pœne in ultimo mūdi fine
consistimus: in aliū orbē paras ire: & indiā quæris indīs quoq; ignotā.
Inter feras
serpētēsq; degētēs eruere ex latebris & cubiculis suis expetis: ut plura quam sol uidet
uictoria lustres.
Digna prorsus cogitatio animo tuo: sed altior nostro.
Virtus. n. tua
semper in cremēto erit: nostra uis in fine iam est.
Intuere corpora exanguia tot p̄fossa
uulneribus: tot cicatricibus putrida.
Iam tala hæbetia sunt: iam arma deficiūt.
Vestē
p̄ficam induimus: q̄ domestica subuehi non pōt.
In externū degenerauimus cultū.
Quoto cuiq; lorica est: Quis equū habet: lube quæri q̄ multos serui ipsorū p̄secuti
sunt: qd̄ cuiq; sup̄sit ex præda.
Omniū uictores: omniū inopes sumus.
Nec luxuria la-
boramus: sed bello.
Instrumēta belli consumpsimus: hūc tu pulcherrimū exercitum
nudū obiicies bælluis: Quarū ut multitudinē augeant de industria barbari: magnū
tamē eē numerū et ex mēdacio intelligo.
Qui si adhuc penetrare in Indiā certū ē:
regio a meridie minus uastata ē.
Qua subacta licebit decurrere in illud mare: quod
rebus hūanis terminū uoluit eē natura.
Cur circuitu petis gloriam: quæ ad manū po-
sita ē: Hic quoq; occurrit oceanus.
Nisi mānis errare: puenimus quo tua fortuna du-
cit.
Hæc tecū q̄ sine te cū his loq; malui: non uti inire m circūstantis exercitus gratiam
sed ut uocē loquētū potius: q̄ ut gemitū murmurantiū audires.
Ut finē orationi pœ-
nus imposuit: clamor undiq; cū ploratu orit⁹: regē patrē dominū cōfusiū appellantiū
uocibus.
Iamq; & alii duces præcipueq; seniores: q̄s ob ætatē & excusatio honestior
erat & auctoritas maior eadē p̄cabant.
Ille nec castigare obstinatos: nec mitigare po-
terat iratos.
Itaq; inops cōsiliū desiluit e tribunali claudiq; regiā iussit oibus p̄ter asue-
tos adire phibitis.
Biduū itē datū ē: tertio die p̄cessit regia: q. xii. aras ex quadrato sa-
xo monumentū expeditionis suæ: munimēta quoq; castrorū iussit extēdi cubiliaq; am-
plioris formæ: q̄ pro corporū habitu relinqui: ut specie omniū augeter posteritati fal-
lax miraculū p̄parans.
Hinc repetēs quæ emēsus erat: ad flumē Aceſsinē locat castra
Ibi forte pœnus morbo extinctus ē: cuius morte ingemuit rex quidē Adiecit tamē p̄
p̄ter paucos dies longam orationē eum exorsum: tanq̄ solus macedoniam uisur⁹ eēt
Iam in aqua classis: quam ædificari iusserat stabat.
In hac Mēnon ex thracia in sup-
plementū equitū. vii. milia præter eos ab harpello peditū. vii. milia adduxerat: armaq;
xxv. auro & argēto celata pertulerat: q̄s distributis uetera cremari iussit mille nauis
giis aditurus oceanū.
Discordesq; & uetera odia retractantes Porū & Taxilē/india

prof. nos. ut defenderet iudicium.

Niceam condidit Alexan. Bucephalum opp. Soborū gens. Sobii uicunt ab alexan. Oppidai se ac sua igni absumperunt. Aceffines flu. a meridie hydaspi confundit. Nauigia duo submersa. Sudraca rū & mallog regia Macedonū qrele. Alex. concione aduocata uocauit.

reges firmatae per affinitate gratiae reliquit in suis regnis: summo in aedificanda classe amborū studio usus. Oppida quoque duo condidit: quorum alterum Niceam appellauit: alterum Bucephalum equi quem amiserat memoriae ac nomini dedicans urbem. Elephatis deinde & impedimentis terra sequi iussis secundo amne defluxit: quadraginta ferme stadia singulis diebus procedens: ut opportunis locis exponi subinde copiae possent. prout erat in regione: in qua hydaspes amnis Aceffino committit: hinc decurrit in fines soborū. Hi de exercitu herculis maiores suos esse commemorat: agros relictos esse coepisse sedes: quam ipsi obtinebant. Pelles ferarum pro ueste: clauae pro tecto erant. Multaque et cum graeci mores exoleuissent stirpis ostendebant uestigia. Hinc excessione facta est & .l. stadia excessit. Depopulatusque regionem oppidum caput eius corona coepit. xl. peditum milia ges in ripa fluminum opposuerat: quam amne supato in fugam copulit: inclusosque mœnibus expugnat: puberes interfecti sunt: ceteri uenerunt. Altera deinde urbem expugnare adortus magnaque uide defendentium pulsus multos macedonum amisit. Sed cum in obsidione perseuerassent: oppidani desperata salute ignem subiecere tectis: se quoque ac liberos coniugesque incendio cremant. Quod cum ipsi auerteret: hostes extingueret: noua forma pugnae erat delibat incolae urbis: hostes extinguebant: adeo est naturae iura bellum in contrarium uertat. Arx erat oppidi intacta: in qua praesidium dereliquit. Ipse nauigiis circumuectus est arcem: quippe tria flumina tota india praeter gangem maxima munimenta arcis applicant undas. A septentrione indus alluit: a meridie Aceffines hydaspis confundit. Ceterum amniū cætus maritimis similes fluctus inuenit: multoque ac turbido limo quod aquarum concursu subinde turbat: iter qua meat nauigiis in tenuem alueum cogit. Itaque cum crebri fluctus leuiter inueheret: & nauium hinc proras: hinc latera pulsaret: subducere nauis uela coeperunt. Sed ministeria quoque hinc cætu: hinc praerapida celeritate fluminum occupant. In oculis duo maiora omnium nauigia submersa sunt: leuiora cum & ipsa nequere regi in ripam tamen innoxia expulsa sunt: ipse rex in rapidissimos uertices incedit. Quibus in torta nauis obliqua & gubernaculi impatiens agebat. Iam ueste detraxerat corpori: proiecturus semet in flumen: amicique ut exciperent eum haud procul nabant. Apparebatque anceps periculum tam nataturi: quam nauigare perseuerantis. Ergo ingenti certamine concitant remos: quantaque uis humana esse poterat admota est: ut fluctus qui in se uehebant euerberarent. Finde crederes undas: & retro gurgites cedere. Quibus tandem nauis erepta non tamen ripae applicabat: sed in proximam uadum illidit. Cum amne bellum fuisse crederes. Ergo aris pro numero fluminum positae: sacrificioque facto. xxx. stadia processit. Inde uentum est in regionem Sudracarum Mallorūque: quos alias bellare inter se solitos: tunc periculi societas iunxerat. viii. milia iuniorum peditum in armis erant: propter hos equitum .x. dccc. quadrigarum. At macedones: qui omni discrimine iam defunctos se esse crediderant: posteaquam integrum bellum cum ferocissimis indiae gentibus superesse cognouerunt improuiso metu territi: rursus seditiosis uocibus regem increpare coeperunt. Gangem amnem & quae ultra essent coactos transmittere non tamen fuisse: sed mutasse bellum indomitae gentibus se obiectos: ut sanguine suo aperirent ei oceanum. Trahi extra sidera & solem cogique adire: quae mortalium oculis natura subduxerat. Nouis identidem armis novos hostes existere. Quos ut omnes fundant fugentque: quod praemium ipsos manere. Caliginem ac tenebras & perpetua nocte profundo incubantem mari: repletum imanium baluarum gregibus fretum immobiles undas: in quibus emoriens natura defecerit. Rex concione aduocata docet imbelles esse quos metu uocauit. Nihil deinde propter has gentes obstare: quo minus terrarum spacia emeli ad finem si-

more herculis cui pellis leonina pro ueste adana protelo erat. + quaz. ab. que.

intra. ut eius seruent suam ciuitatem.

al. monet.

domarent. uinca reuf.

finisse.

oia ista dicebant fure eis premium.

al. hono leant. al. alia

al. m

al. cog fione

al. p

al. m

^{labor} mul mundi laborēq; pueniant. ^{locum dedisse} Cessisse illis metuētibus gangē: & multitudinē natio-
 num: quæ ultra arnē essent: ^{f. ec} declinasse iter eo: ubi par gloria minus periculū eēt. Iam
 prospicere se oceanum. Iam perflare ad ipsos auram maris: ne inuiderēt sibi laudem:
 quam peteret. ^{ista claus.} Herculis & liberi patris terminos transituros illos. Regi suo paruo im-
 pēdio i mortalitatē famæ daturus. Paterētur se ex india redire nō fugere. Omnis mul-
 tudo & maxime militaris mobili i petu ^{trahunt} effertur. Ita seditionis non remedia: quā prin-
 cipia maiora sunt. Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus iubētū duce
 ret diis secūdis: & æquaret gloria: quos emularet. ^{herc. 2. pat. li. imparet} Latus his acclamationibus ad ho-
 stes protinus castra mouit. Validissimæ indorū gētes erant: & bellū ipigre parabant:
 ducēq; ex natione sudracarū spectatæ uirtutis elegerant: Qui sub radicibus mōtis ca-
 stra posuit. Lateq; ignes: ut speciē multitudinis augetet: ostēdit: clamore quoq; ac sui
 moris ulutatu identidē/acquiescētes macedonas frustra terrere conatus. Iam lux ap-
 parebat: cū rex fiducia ac spei plenus alacres milites arma cape & exire in aciē iubet.
 Sed (ut tradit) metu ne an seditione oborta inter ipsos subito profugerūt barbari. Cer-
 te auios montes & ipeditos ^{implicatos} occupauerūt. Quorū agmē rex frustra psecutus ipedimē-
 ta cœpit. Peruentū deinde ē ad oppidū sudracarū in quod plæriq; confugerant: haud
 maiore fiducia mœniū: quā armorū. Iam admonebat ^{rex} cū uates monere eū cœpit:
 ne cōmitteret: aut certe differret obsidionē. Vitæ eius periculū ostendi. Rex Demo-
 phonta (nāq; uates erat) intuēs. Si quis inquit arti tuæ intentū & exta spectantē sic in-
 pollet: non dubitē: quin incōmodus ac molestus uideri tibi possit. Et cū ille ita prlus
 futurū respondisset. Censes ne inquit tantas res non pecudū fibras ante oculos habē-
 ti ullū eē maius ipedimentū quā uatē superstitione captum? Nec diutius q̄ respondit
 moratus: admoueri iubet scalas. Cūctantibusq; cæteris euadit i murū. Angusta mu-
 ri ^{circumtus} coronā erat. Non pinnae sicut alibi fastigiū eius distinxerant: sed perpetua lorica ob-
 ducta transitū sepserat. Iaq; rex hærebat magis: quā stabat in margine: clypeo undiq;
 incidentia tæla ^{decians} propullans. Nā ubiq; ^{feriebatur} eminus ex turribus petebat. Nec subire milites
 poterant: quia ^{ex parte superiore} superne uitalorū obruebantur. Tandē magnitudinē tælorū/periculi
 pudor uicit: q̄ppe cernebant cunctatione sua dedi hostibus regē. Sed festinando mo-
 rabantur auxilia. Nam dū pro se quisq; certat euadere: onerare scalas: quis nō suf-
 ficientibus deuoluti unicum spē regis fefellerunt. Stabat. n. in conspectu tanti exerci-
 tus uelut in solitudine destitutus. Iaq; leuā qua clypeū ad ictus circūferebat lassauerat
 clamantibus amicis: ut ad ipsos desiliret: stabantq; excepturi: cū ille rē ausus incre-
 dibilē atq; inauditā multoq; magis ad famā temeritatis: quam gloriæ insignē. Nāq; in
 urbē/hoštiū plenā præcipiti saltu semetipse imisit: cū uix ^{pparari} separare posset dimicātem
 certe & non inultū eē ^{in ultione.} moriturus: quippe antequā assurgeret: opprimi poterat: & capi
